1 Vgl. oben nro. L und LII. 2 Bald nach diesem briefe ist Reuchlin selbst nach Worms gekommen, vgl. Reuchlin s. 39 und unten nro. LV, hat aber Wolf nicht mehr gesehen, vgl. nro. LVIII. 3 Der brief, zugleich wol eine antwort auf oben nro. XLIV, ist nicht erhalten. 4 Abb. Spanh.] Joh. Trithemius vgl. oben s. 42 anm. 1; Brant lernte wol das werk als corrector der Amerbachischen druckerei genau kennen. Die worte Tritheims über Reuchlin, auf die Brant anspielt, lauten: Dignus profecto qui solis literis, non etiam perstrepenti populari curiæ incumberet; nullum enim nobis non modo Italia, sed nec sæculum quidem nostrum huic tanto viro parem objiceret.

opera ad majora reservat. Quo fit, ut inter assiduos nostros gemitus, hoc unum tibi gratulor, mi frater, mihi quoque gaudeo, qui a literis scilicet abstractus, apud eum tamen degis principem [1], quo hæc nostra Germania nihil habet excellentius, nihil illustrius, quippe qui singulari sua virtute atque beneactæ vitæ suæ præconiis cantatissimum ducale nomen, militarisque Romani imperii disciplinæ supremum magisterium [2] jure meritissimo jam pridem a sacrosancta Regia Majestate obtinere meruit. Atque proinde nescio, si quod præstantius in terris nomen a Diis immortalibus illustri suæ magnificentiæ conferre potuerit. Vivat posco diu fœlix Dux maximus armis. Et patriæ præsit imperioque diu.

Cæterum emendationes tuas in libros de Verbo mirifico per te notatas in fine citandas perlegi [3]. Dabo quoque operam, quantum in me erit, ut conjunctim pro tuo voto imprimantur, post calcem quoque eorum librorum qui adhuc in manibus sunt impressoris reponantur, quo conspectius liquere possit, quibus in locis impressorum inadvertentia egregias tuas depravarit sententias. Tu interea curabis, ut aliquando te coram contueri liceat, tuaque jucundissima frui præsentia. Vale, suavissime præceptor, tuasque amœnissimas ad me sæpius ire sinas literulas. Plurima te puer noster Onophryus [4] impertit salutem, qui utinam sub te magistro, teque præceptore de locupletissimo effluentique Castalio tuo latice aquas potare mellifluas aliquando posset. Iterum vale, literarum et patriæ nostræ decus. Ex Basilea, Kalendis octobribus, anno 1495.

Gedruckt: 1 = C. v. e. e $7^{a.b}$; 2 J. v. e. f 4^b sq.; 3 = C. v. e. II fol. 37^a 38^a.

*

1 principem] Eberhard von Würtemberg. 2 Über Eberhards erhebung zur herzogswürde vgl. oben s. 47 anm. 1. 3 Dieses druckfehlerverzeichniss ist, soweit ich sehe, erst in der oben nro. XLVI 3 beschriebenen ausgabe abgedruckt worden. 4 Onophryus Brant studierte in Basel; eine vorrede zu den predigten über das narrenschiff und zu seines vaters werk: In das leben und tugendlichen geschichten kayser Titi Vespasiani 1520 fol. ist von ihm. Vgl. A. W. Strobel, beiträge zur deutschen literatur und literargesch. Paris und Strassburg 1827 s. 15 f. Vielleicht hat Reuchlin in folge dieses briefes den Brant aufgefordert, seinen sohn Onophryus ihm zu schicken, vgl. unten nro. LXIX anm. 2.

LV.

(Ladenburg.) 5 Okt. 1495.

Joannes Camerarius Dalburgius episcopus Wormaciensis an Reuchlin

freut sich, dass R. sich in Worms befinde und sendet die dringende aufforderung, ihn zu Ladenburg, wo er sich aufhalte, zu besuchen und in seiner peinlichen, traurigen lage zu erfreuen. Dat. 5 Octobris.

Gedruckt: 1 = C. v. e. g 7b; 2 = J. v. e. kb; 3 = C. v. e. II fol. 57a. b. 4, 5 = 4, 5 oben nro. XXXV.

LVI.

(Tübingen?) 1496 [1].

Henricus Bebel [2] Justingensis an Reuchlin

spendet R. als den gelehrtesten mann Deutschlands, ja aller länder, ungeheures lob, vergleicht ihn mit Hieronymus, überreicht ihm ein paar gedichte [3] und bittet ihn in seiner sache [4] etwas zu thun. vale anno 1496.

*

1 Der brief ist vor den Schöferlins gesetzt worden, weil er den tod Eberhards (s. s. 51 a. 3) als eben geschehenes ereigniss andeutet. 2 Vgl. Zapf: Heinrich Bebel, Augsburg 1802 und Heyds notizen in Tübinger zeitschr. f. theol. 1839. 3 Die gedichte, eine ode und eine elegie folgen in den drei briefsammlungen auf unsern brief. Sie sind gleichfalls, mit sehr wesentlichen veränderungen in aufschrift und den einzelnen worten des gedichtes abgedruckt in einer gedichtsammlung Bebels, deren titel beginnt: Distichon ad Musam | Musa mihi fauens. Daphnea carmina lauro ... Reutlingen 1496 in 4°, B 6a ... Cb; das erste auch bei Zapf, s. 79 fg. Der erwähnung dieser gedichte will ich gleich die eines andern, auch dem jahre 1496 angehörenden und an Reuchlin gerichteten von Sebastian Brant anschliessen: ad ornatissimum imperialium legum interpretem Johannem Reuchlin alias Capnion omnis literariæ tam græcæ atque latinæ quam hebraicæ disciplinæ professorem acutissimum de pestilentiali scorra sive impetigine, elogium; das in Varia Sebastiani Brant Carmina Basileæ 1498 in 4° bl. 107b bis 109a gedruckt (nach Erhard III, 358 auch in: Jos. Grunbeck, Tractat. de pestil. Scorra. Augsburg, s. a. 4°) und von Koch in seinem Aufsatz: Sur l'origine de la maladie vénérienne (Mémoires de l'instit. nat. Sciences morales et politiques. T. IV, Paris, an. XI, s. 341 fg.) erwähnt wird, dessen wiederabdruck mir aber nicht wünschenswerth erscheint. 4 Vermuthlich der erlangung einer professur in Tübingen, vgl. Heyd s. 24.

Gedruckt: 1 = C. v. e. e 3b fg.; 2 = J. v. e. fb; 3 = C. v. e. II fol. 32b fg.

LVII.

Frankfurt. 26 Febr. 1496.

Bernardus Schöferlin Doctor Joanni Reuchlin Phorcensi, si qua salus usquam [1] est, eam exoptat. Rem animo meo amaram ambabusque erectis manibus cœlo [2] deflendam intimasti obitum videlicet optimi principis nostri [3], qui me deum testor, gravius quam dum carnales parentes amisi, non tam ejus (qui commune omnibus debitum exsolvit) [4] quam patriæ vicem dolens. Quare frustra a me consilium expetis, qui omnis consilii ac consolationis expers sum. Ne tamen amici officium tibi denegem: primum in nulla re desperationem, quæ omnibus humanis in rebus exitiale malum est, admittendam [5] esse. Sed ubi humanum deficit, divinum esse consilium requirendum. Orandus est creator omnium ut novo principi nostro mentem sanam tribuat, ne omnis honestas patriæ ruat et opprimatur. Hoc inducere in animum ejus fortasse difficile est, nescio enim quibus fidem adhibeat. Sed conduceret, ut credo, si prælati, nobiles atque priores patriæ nostræ cives congregarentur, si quid singulis denegaretur, omnibus condonaret, ut vel eos, qui ex ordinatione jam pridem facta ad hoc deputati sunt, regimini patriæ præponeret vel alios, dum tamen honostos viros deligeret, de consilio statuum. Credo enim neminem ex iis qui boni sunt ad hoc officium nisi magno amore patriæ persuasum ambire. Quod si leves personas ut quondam ad hoc admiserit [6], de patria et salute reipublicæ nostræ actum atque conclamatum est. Habes consilium iners atque turbatum, ita ut est animus meus. Sed tu pro humanitate tua crede, id bono animo effluisse. Si enim utiliora prævidere contingas, tibi communicabo. Tu vale. Ex Francfordia die Lunæ post dominicam Reminiscere. Anno salutis 1496.

*

1 unquam 2. 2 caelo 2. 3 principis] Eberhard starb 24 Febr. 1496. Vgl. Stälin, Wirtembergische geschichte III, s. 645. 4 excoluit 2. 5 amittendam 2. 6 admiseris 1. 2.

Gedruckt: 1 = C. v. e. d iii a. b; 2 = J. v. e. e 1; 3 = C. v. e. II fol. 25b sq.

LVIII.

Augsburg. **21 April 1496.**

Petrus Bonomus regius secretarius an Reuchlin

bedauert den tod Eberhards, tröstet R. und verspricht ihm seine hülfe si clarius quid petas intellexero. Sum enim adhuc dubius an aulicus fieri felis regius an literas tantum quas protectionis et familiaritatis appellant, exoptes. — Ex Augusta Vindelicorum 21 Apr. 1496 [1].

Gedruckt: 1 = C. v. e. b 4a. b; 2 = J. v. e. b 2a. b; 3 = C. v. e. II fol. 9a b.

LVIV.

Prag. **26 März 1497.**

Joannes ex Lupis de Hermansgrün an Reuchlin,

er habe als gesandter beim König von Ungarn und Böhmen in Prag den Gottfried von Adelsheim getroffen und schicke durch diesen grüsse, und notizen über die Türken. Der türkenkrieg sei die für Deutschland gefährlichste, aber nothwendigste unternehmung; möge er doch von allen in seiner wichtigkeit erkannt werden. Ego vel forti pulchræque defensioni vel honestæ morti locum inveniam. Tu vale et me non minus quam ego te oculis incognitum ama. Iterum vale, ex Praga 26 mensis Martii a. 1496.

Gedruckt: 1 = C. v. e. d 3a; 2 = J. v. e. d 4b fg.; 3 = C. v. e. fol. 25a. b.

*

1 Bald nach empfang dieses briefes verließ R. Tübingen und begab sich nach Heidelberg, wo er, einige kleine ausflüge abgerechnet, mehrere jahre blieb. Vgl. Reuchlin s. 40 bis 44. Besondere erwähnung verdient ein brief des Heinrich Spies an Celtis (Zapf, leben Dalbergs, nachtrag s. 47) 6 Mai 1496, worin folgende stelle: Officium Joannis Reuchlin est, transferre e græco in latinum nostrum que sermonem quæ volet episcopus. Ipse vero rem jam pridem aggressus, nonnulla egregia opera transtulit, et inter alia vitam Constantini magni (s. unten nro. 13 Aug. 1513) et nonnullorum aliorum imperatorum quæ antea in toto Latio nusquam visa sunt. Item transtulit aliquos libellos ex Homero. Von den letzteren ist nichts erhalten. Vgl. ferner den brief des Jakob Drakontins an Celtis 22 Juni 1496 bei Zapf, s. 49.

LX.

Heidelberg. **31 Dec. 1497.**

Wie doctor Johan Reuchlin zu diener bestelt ist.

Urkunde Reuchlins, enthaltend die urkunde pfalzgraf Philipps, durch welche R. mit einer besoldung von 100 gulden, zwei pferden und einem hofkleid auf ein jahr zum fürstlichen rathe und zum obersten zucktmeister der fürstlichen söhne ernannt wird.

Handschr. in Pfälz. copialbuch bd. XVI fol. 342, 343 (Karlsr. arch.); nur ein stück, diplomatisch nicht genau abgedruckt bei Lamey, Joh. Reuchlin, Phorzh. 1855, s. 90 a. 25.

LXI.

Regensburg. **(? 1497) [1].**

Jacobus Margolith Primus Judæorum Ratisponensi natione Judæus ad Joannem Reuchlin Phorcensem LL. Doctorem.

חכם באומות יחי וירום הודו בשלימות אדוני המעולה
בחכמות דוקטור יוחן תולדותו לבית אבותיו מעיר פורצן
ועכשיו דר בעיר שטוקורטן : אדוני ראיתי מבוקשתך
ותשוקתך אל הספרים אשר בקנת בשמותם מחוברים באמרות

*

1 Der brief ist am ende des 15 jahrhunderts geschrieben; ein hebräischer brief Reuchlins muss vorangegangen sein, den hätte Reuchlin früher kaum schreiben können. Marg. war ein nicht unbedeutender gelehrter (über seine schriften vgl. Zunz, zur geschichte und literatur, Leipzig 1845 s. 106 a. a. vgl. auch Wiener in monatsschrift f. wiss. d. Jud. XVII, 345 ff.) und vorsteher der juden zu Regensburg, und ist nicht mit dem gleichnamigen in Nürnberg (urkunde vom 22 Nov. 1487. Chmel, regesten Friedrich III s. 749 nro. 8183) zu verwechseln, der 1492 gestorben sein mag, wie Grätz angibt (geschichte der juden VII s. 455). Marg. ist erst nach 1498 von seiner stelle durch eine unruhe in der judenschaft Regensburgs entfernt worden, wie das aus der erzählung seines 1521 zum christenthum übergetretenen sohnes Antonius Margaretha (der gantze jüdisch glaub, Lpzg. 1531 bl. L 3ᵃ fg.) hervorgeht. Der brief ist ein höchst interessanter, um die verschiedene stellung jüdischer und christlicher gelehrten zur Kabbalah zu zeigen. Schon 1506 spricht Reuchlin von diesem brief (Rudimenta hebraica s. v. רכל s. 484): fuit cujusdam magni Judæorum præsidis cognomentum Ratisponæ, qui vocabatur rabi Jacob margolith, cujus suavissimas ad me datas habeo literas in sermone hebraico elegantes.

צרופות בדברי הקבל אשר היא חכמה תמימה נעלמה מרוב
אנשי דורינו: ואין רוב הדעות והלבבות משיגות אותה חכמה
לרוב רקותה ועומקה ובמופלא מן האדם אל ידרוש כי יש
לחוש פן חכמה ותרבה לו ההפסד יתר על התועלת משל
למסתכל בניצוץ השמש אשר לרוב זהירותיו השמש עיניו
כהות: ודע ארוני שאותם ספרים אשר אדוני מבקש לא
נמצאו פה לקנות: אבל במה שמה איפשר לי לשרת לאדוני
הנני עבדך מזומן נאם [1] הק׳ הנקרא יעקב מרגלית:

Latine [2] sic:

Sapiens in populis vivat et exaltetur gloria ejus in probitate dominus meus promotus in scientiis doctor Joannes, origine sua quo ad domum patrum suorum de civitate Phorce et nunc habitat in civitate Stokgarten [3]. Domini mi, vidi inquisitionem tuam et desyderium tuum erga libros quos recensuisti nominibus eorum, compositos eloquiis purgatis in verbis cabalæ, quæ est sapientia immaculata abscondita a multis viris nationis nostræ. Et non sunt multæ noticiæ atque corda apprehendentia illam sapientiam, eo quod multum subtiliata est et profunda et ob occultum ab homine non quæritur, quia est arcanæ philosophiæ. Ne forte sapientia multiplicet ei damnum plus quam perfectum. Simile ad ægreferentem in apparentia solis, cujus ad multam resplendentiam solis oculi caligant. Et scias, domine mi, quod ii [4] libri, quos dominus meus quærit, non inveniuntur hic ad comparandum. Sed in quo hic possibile mihi ad serviendum domino meo, ecce ego servus suus paratus. Dixit humilis vocatus Jacob Margolith.

Gedruckt: 1 = C. v. e. i 3b i 4a; 2 = J. v. e. mb sq.; 3 = C. v. e. II fol. 69a. 70a; 4 = Grätz, geschichte der Juden, bd. VIII, s. 454.

LXII.

Tübingen. **22 Merz 1498.**

Joannes Nauclerus, vulgo nominatus Vergenhans [5] Doctor, Præpositus in Tubingen [6] L. D. P. Joanni Reuchlin Phorcensi.

Si vales est quod volo, ego navigo. Tempora solis literis fallo. Tu vero fœlix mihi videris infortunio, non enim

*

1 הק abkürzung für הקטון. 2 Latine] die lateinische übersetzung rührt wahrscheinlich von Reuchlin selbst her. 3 Stuttgarten 2. 4 hi für ii. 5 Vgl. Moller diss. de Joh. Nauclero, Altorf 1693. 4⁰ und Erich Joachim; Naucler. Göttingen 1874. 6 Tubingen 1.

facile est juxta viperam [1] securum somnum agere, uno tamen solor me, quo fortuna nil accipere potest quod non dedit, et rursum illud cum fœnore nonnumquam restituit. Interim vela ventis committenda sunt, et quod fors fert feramus æquo animo, forsitan aliquando meminisse iuvabit [2]. Speroque fore ut tibi gratias referam pro acceptis muneribus, historia videlicet Francorum Gaguini [3] quam ad satietatem legi atque relegi et pridem honorandæ conthorali tuæ eam remisi, nec despero te mihi alia quoque corradere [4] adniti. Optarem etiam abs te habere illud Luciani, ubi Herculem aurea catena ligatum scribit [5]. Vale mei memor et aliquid mihi rescribe. Ex Tubingen 22 Martii. Anno 1498.

Gedruckt: 1 = C. v. e. d iii^{b}; 2 = J. v. e. e i^{b}; 3 = C. v. e. II fol. 26^{b}.

(?) LXIII. 1498.

Franciscus S. Eustachii diaconus Cardinalis Senensis [6] Veneranviro D. Joanni Reuchlin Phorcensi LL. doctori Salutem.

Eximie doctor, amice singularissime. Accepimus lite-

*

1 viperam] Eberhard der jüngere, der die verwaltung des herzogthums inne hatte, vor dem Reuchlin geflohen war. 2 forsan et hæc olim meminisse juvabit. Virg. Aen. lib. I v. 203. 3 Gaguinus] das werk erschien zuerst in Paris 1495 fol. unter dem titel: Compendium super origine et gestis Francorum a Pharamundo usque ad a. 1491. 4 conthoralis] Die Frau Reuchlins war nämlich, während er seinen aufenthalt in Heidelberg nahm, in Stuttgart zurückgeblieben, vgl. den brief Brants 13 Jan. 1500 nro. LXIX und die stelle in Melanchthons oratio, dass der pfalzgraf Philipp ihn erst ziehen lässt, cum diceret se ad conjugem redire. 5 corradere] zu der grossen chronik, an der Naukler arbeitete, und die 1500 erschien. Vgl. die ausgaben bei Potthast, Bibl. med. ævi s. 452. Am anfang derselben ist häufig abgedruckt: Joannis Reuchlin Phorcensis LL. doctoris in Joannis Naucleri chronicam historiam præfatio. Über ihren inhalt vgl. Reuchlin s. 65 fg. Sie ist hier nicht mitgetheilt, weil ihr selbst die briefform fehlt. Nur eine, für die beziehungen Nauklers zu Reuchlin, wichtige stelle hebe ich hervor: quod ipse quondam ego mox atque cathedram jurisconsultorum adeptus eram, ab annalium istorum autore Nauclero, jam tum moderatore summo gymnasio Tubingensis, tanquam imminentis vitæ meæ remige ad usum forensem et ad populares jurgiorum quæstiones sua ipsius opera, non absque nullo quandoque impendii sui auxilio fuerim instructus. 6 Über Franz, cardinal 1460, papst

ras[1] vestras eruditissimas, ex quibus, quamvis cum singulari elegantia, intelleximus tamen curas et sollicitudines vestras, quas obabsentiam nostram suscepistis. Dolemus certe rem ita se habere; verum cum ita sit, necessitati temporis vos accomodabitis. Princeps, ut ex literis D. suæ ad nos videre potuistis[2] sæpe se celeriter nuncium missurum affirmavit. Quare nil nobis imputandum est, quia tempus expectavimus. Petitis a nobis consilium. At quale in rebus tam arduis et viro doctissimo subministrare possumus? Exploratissima est vobis mens principis et quæ nobis scripsit clare vidistis, in nulla re mentem excellentiæ suæ transgressi sumus et cum singulari diligentia fines mandatorum suorum servavimus, ita et nobis agendum erit, res arduæ sunt, et nos absentes non possumus in hac solitudine divinare, quæ menti pontificis D. reverendissimi Alexandri[3] cæterorumque insint. D. Bernardinus, auditor noster, si in aliquare utilis erit vobis assistet. Valete. Ex Balneis, sancti Philippi die decimaseptima Junii, 1498.

Gedruckt: 1 = C. v. e. i 2b; 2 = J. v. e. l 4b; 3 = C. v. e. II fol. 68a.

LXIV.

Rom. 1498.

Jacobus Questemberg Joanni Reuchlin Phorcensi, Oratori Palatino Salutem.

Cum in tanta hominum multitudine aut, ut verius dicam, omnium prope gentium colluvione, ne unum quidem pro præsenti necèstitate idoneum scriptorem invenerim neque vero alium quempium Bertoldo nostro adhuc febricitante ad manum domi habuerim, qui orationem tuam elegantiore litera exararet, id quod tu hesterno die per epistolam[5] tantopere ef-

*

unter dem namen Pius III, vgl. Ciaconii Vitæ Pontificum Romanorum etc. II col. 1048 ff. und vol. III.

1 literas] Dieser brief ist leider nicht erhalten: Reuchlin scheint sich bei der ihm vom churfürsten Philipp aufgetragenen gesandtschaft an den papst Alexander VI in verlegenheit wegen mangelnder instruktion an den cardinal Franz, dessen freundschaft mit R. uns freilich weiter nicht bezeugt ist, um rath gewendet zu haben. Dass R. im Juli 1499 in Rom war, darüber vgl. die Reuchlin s. 47 a. mitgetheilte notiz. 2 potuisti 2. Princeps] churfürst Philipp D.] Dominationis. 3 Alexandrini 2. 4 M.DII. 2. 3. 5 Wann Reuchlin von Rom nach Heidelberg zurückkehrte, lässt sich

flagitasti, ipse pro vetere amicicia nostra et antiqua morem tibi gerendi consuetudine laborem obeundum esse mihi putavi ne vel opera atque sedulitas mea semper alioquin officiosa tibi saltem in re necessaria defuisse videri posset. Itaque orationem tuam ad te mitto quæ propter ipsius summam elegantiam dignitatemque verborum et gravitatem sententiarum digna visa est non mea tantum manu describi, ὅς καὶ τὰ τοιαῦτα τῷ ἄκρῳ δακτύλῳ ἡψάμην, sed omnino ubique terrarum legi, adeo tu quidem omnia, ita me deus amet, diserte, prudenter, apposite explicasti. Ego tamen ut soleo, propere transcripsi et ἰδιογέγραφα. Utinam sit in hac difficillima temporum difficultate, quod et tu caelesti præditus eloquentia mereris et nos amici laudum tuarum praecones videre cupimus. Vale, doctissime vir principis tui ornator, de Bavariæ domo ac toto imperio Romano bene merite, præcipuum communi, patriæ decus. Romæ. Anno M.II. D. [2]

Gedruckt: 1 = C. v. e. g 8a; 2 = J. v. e. k ii; 3 = C. v. e. II fol. 58a. b.

LXV.

Backnang. (Nach 7 Aug. 1498).

Petrus Jacobi Arlunensis, præpositus in Backnang an Reuchlin

theilt mit, dass R's rede vor Alex. VI mit vergnügen gelesen

*

nicht bestimmen, der brief, auf den Questemberg hinweist, ist nicht erhalten; dass es noch im jahre 1498 geschah, lehrt vorliegender brief. Über die rede, auf die hier bezug genommen ist, vgl. Reuchlin s. 152 fg. Sie ist gedruckt 1 in folgender separatausgabe: AD ALEXANDRUM Sextum pontificem maximum pro Philippo Bauariæ duce Palatino Rheni Sacri Romani Imperii electore Joannis Reuchlin phorcensis Legū doctoris oratio. vii idus Sextiles Anno M.IID. Romæ. Darauf folgt unmittelbar der text 12 bll. in 4⁰ a 1. bis a 6, die übrigen unpaginirt. Am ende der letzten seite ungefähr in der mitte: Venetiis, Calen. Septemb. M.IID. In ædibus Aldi Manutii Romani. 2 = J. v. e. n 3b bis o 4a; 3 = Majus, l. c. s. 195 bis 209. Auf unsere rede bezieht sich der brief nro. LXV, ferner ein schreiben Conrad Mutians an Urban (Mutianscher briefw. fol. 49 fg.; Tentzel Suppl. hist. Goth. s. 63 ff.), in welchem der erstere tadelt, dass R. den pfalzgrafen dictator nenne, meint: Vel præses est provinciæ, ut magister equitum aut militum, vel tribunus celerum, vel legatus imperatoris, vel comes largitionum und diese ansicht dann ausführlich mit quellenbelegen erweist.

1 comuni 2. 2 M.D.II 3.

habe, und hoffe, von R. ein exemplar derselben zu erhalten. o. O. u. J.

Gedruckt: 1 = C. v. e. c b[a]; 2 = J. v. e. c 4[a]; 3 = C. v. e. II fol. 18[a].

LXVI.

Augsburg. 29 Jan. 1499.

Conradus Peutinger [1] Juris utriusque doctor Joanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

Quæ literis tuis apud Fucaros inquirenda mandasti, executus sum diliginter. Mercimonia tua Romæ empta per eosdem ad Nometas vectore probo et quidem Augustensi transmissa sunt et cauponi ad Cantharum tradita ut Heidelbergam vehantur. Spero te nunc eo timore quod forsitan perdita credebas liberatum esse. Sin minus eadem istic reperies. Quod conjugio nostro felicitatem optas, ex solita humanitatis tuæ benevolentia facis, quare tibi plurimum et quas possum gratias ago. Et quo magis lasciviendi libertate laxarer [2], institutioni divinæ parerem, alas pressius agerem, amore vero, non fucatis susurris et blandiciis viverem, uxorem [3] duxi virginem paulo breviorem me, nondum annos 18. natam, pudicam temperatam, pulchram, honestam et latinis literis aliquantum imbutam, quæ et nunquam a domesticis rixosa nec contumeliosa visa est. Ex bonis parentibus urbis nostræ orta, dotem dedit duum millium florenorum, nihilominus haeres futura, si vixerit superstes. Deo itaque Op. Max. gratias habeo et habebo, qui studio nostro sociam et asseclam familiarissime nobis collocarit. Ad 12 kalen. Decembres nuptiæ habitæ sunt, domumque

*

1 Peütinger 1. Über ihn vgl. Veith, Historia vitæ atque moritorum Conradi Peutingeri Augsb. 1783 und Th. Herberger: Conrad Peutinger in seinem verh. zu Maximilian I Augsb. 1857. 2 lasaret 2. 3 uxorem] Margaretha Welser, tochter des Antonius (s. u.) wurde geboren 18 März 1481. Für das datum der heirath ist unser brief das einzige zeugniss. Vgl. Veith l. c. s. 30 der den betreffenden theil des briefes abdruckt. M. war eine gelehrte frau, ein brief von ihr an ihren bruder Christoph, über alterthümer handelnd, ist von Mertens herausgg. (1778); ein Werk: Liber Augustalis sive Compendium historiæ Augustæ ist handschriftlich in Augsburg. Vgl. Zapf, Augsburgische bibliothek 1795, I s. 153 fg.

ad 6 kal. Februarias traducta est. Socer meus Antonius Welser [1] modo rerum domesticarum curatorem me constituit. Quod si de rebus nostris ad te prolixius scripserem, ignosces, adamicum enim verum et communem loquor. Velim me tui et rerum tuarum continuo observantissimum dijudices, et me reverendissimo Vangionum episcopo [2] humiliter commendes. Ex taberna nostra libraria 4 kalen. Februarias M. I. D. [3]

Gedruckt: 1 = C. v. e. $e^{a.\,b}$; 2 = J. v. e. c. $iii^{a.\,b}$: 3 = C. v. e. II fol. $29^{a.\,b}$.

LXVI^a.

Tübingen. 25 Juli 1499.

Joannes Nauclerus doctor præpositus in Tübingen an Reuchlin

dankt für ein ihm aus der Bibliothek des fürsten (Dalburg's oder des pfalzgrafen Philipp ?) übersandtes buch und bittet ihn, sich einige tage von seinen geschäften loszureissen und ihn zu besuchen. Habeo enim quæ conferre tecum animus est [4]; deinde me uti poteris, ut velis. Ex Tubingen, in die sancti Jacobi apostoli A. 1499.

Gedruckt: 1 = C. v. e. d 4^a; 2 = J. v. e. e^b fg.; 3 = C. v. e. II fol. 26^b fg.

LXVII.

Speier. 9 Sept. 1499.

Jodocus Gallus Rubeaquensis [5] Theologiæ doctor Joanni Reuchlin Phorcensi S. D. P.

Inventus est qui ad nos cursum græcum referret, conventus est et is quoque qui piscem expectatum emeret, sale con-

*

1 Antonius Welser geb. 1451, später præfectus Memmingensis, stirbt zu Augsburg 11 März 1527. Nach Veith a. a. o. s. 24 sq. 2 Joh. v. Dalburg. 3 MDI. 2. 4 Möglicherweise das anerbieten, wieder nach Stuttgart in seine alte stelle als rath zurückzukehren. 5 Jodocus Gallus oder Gallicus, aus Ruffach im Elsass (Rubeaquensis, Rubiacensis) geb. 1460, noch 1495 in Gymnasio Heydelbergensi (nach Tritheim Catal. ill. vir [ed. Freher] s. 181), starb 21 März 1517. Er begleitete viele werke seiner freunde oder von diesen herausgegebene schriften mit widmungsbriefen

diret et missionis mandatum præstolaretur. Rediit ad nos quam manu laetus apprehendi psalmorum græcæ linguæ liber redibit et ad te dum jusseris, emptus tibi Salmo. Nec Jodoci neque Reinardi negligentiam accusabis, dum deligentiam et fidem in discipulos suos fidelem exhibuisti. Ego quidem spero, nos ea in re voto tuo gessisse morem, si animum nostrum intuearis. Sin casu quodam adverso secus evenerit, ita eveniet ut nolumus. Tu nescio qua vel fraude vel astutia nostri condiscipuli (dicerem verius præceptoris) religiosi Joannis Cun [1] effecisti, ut ad nos rediret optatus summa aviditate virginalis cursus, qui tamen præter morem aucupandi libros, quem a te, non dico, didicimus sed audivimus, redibit maturo et optato tempore. Ne quid tamen nimis, hoc est ne nimis ad repetendum acceleres. Tu hebræis interea fruere teque, uti eis gaudes totum devoveas. Utinam nos tanta oppurtunitate ac fructu græcanicis inservire possemus. Voluisti autem, ut Vigilio [2] uterer ad fovendam, non dico explendam edacitatem

*

und gedichten, so Joannes Carthusiensis: Nosce te ipsum Heidelb. 1489 in 4⁰, die Lucubratiunculæ des Peter Schott und verschiedene schriften Wimpfelings (vgl. Riegger, Amænitates lit. Frieb. II s. 174, 180, 229). In der schrift des Joannes Kierherus: Conviviorum libri duo (Speier 1506) heisst er: Theologus sanctorum Germani et Mauricii Spire canonicus (was er, wie aus unserem briefe hervorgeht, schon 1499 gewesen ist); Wimpfeling zählt ihn auf unter den Theologi probatissimi atque excellentissimi qui in Alemannia sola insigniter studio et doctrina profecerunt (abgedruckt bei Riegger II s. 359). Eine rede von ihm in synodo Spirensi (1489?) ist abgedruckt bei Riegger s. 175 ff.; eine andere: Monopolium et societas vulgo des leichtschiffs (1488) zuletzt bei Zarncke: die deutschen universitäten im mittelalter 1857, I s. 51 bis 61. Sie behandelt die vorstellung von einem schiffe zur aufnahme aller ruinirten und liederlichen gesellen, und hat vielleicht Brant bei seinem narrenschiff zum unmittelbaren vorbild gedient.

1 Johannes Cono (Cün) geb. in Nürnberg 1463, in Italien gebildet, schüler des Markus Musurus in Padua [dann mönch in Speier s. diesen brief und unten 28 Febr. 1501], kommt durch vermittlung Reuchlins, auf empfehlung Pellikans, nach Basel, wo er als „erster gilt, der die griechischen musen eingeführt hat", in Joh. Amerbachs haus (1509), dessen söhne und einige andere junge männer, wie Beatus Rhenanus, er unterrichtet [ist dem Amerbach bei dessen ausgabe des Hieronymus behilflich s. u. 27 Juni 1509 anm.], starb 20 Febr. 1513. Vgl. Fechter: Bonifacius Amerbach in beitr. z. vaterl. gesch. Basel, 1843. 2 band s. 180 bis 182. 2 Virgilio (Wacker) vgl. fg. N.

tuam. Id profecto recte admonuisti. Callet enim Vigilius noster harum rerum odoramenta verum in rem suam non parum. Ad ejus ingenium adde et tuis, conjugis experimentum. Ego profecto philosophicam sum adjuncturus operam, pro eis tibi rebus conquirendis atque mittendis, quibus intelligam et aedibus suis opus esse et me tibi curare posse. Vale, nos quidem valemus, in quorum numero discipulorum tuorum Thomas Truchses [1] una mecum et Joanne nostro religioso summe se tibi commendat. Ex Spira 5. idibus Septembris. Anno 1499.

Gedruckt: 1 = C. v. e. d $4^{a.b}$; 2 = J. v. e. e $ii^{a.b}$; 3 = C. v. e. II fol. 27^b sq.

LXVIII.

Heidelberg. 2 Nov. 1499.

Joannes Wacker, latine Vigilius [2], Juris utriusque doctor Joanni Reuchlin salutem dicit.

Quod ego mi Capnion hactenus et ab ea hora qua a me discessisti usque in hunc diem, etiam tuis literis id a me exigentibus nihil literarum ad te mearum dederim, vix ausim, ne dicam possim, me excusare, cum tot interea habuerim orationes scribendi, totque nuncios, ut mille ad te et innumerabiles epistolas dare potuissem. Sed ut saltem uno, si velis, argumento me habeas excusatum, utque verum loquar, non transiit mensis post tuam abitionem quin et a principe [3] et a cancellario et interea sæpius audiverim te vocatum, tibi scriptum etiam manu principis, ut huc venires, quamobrem maxime calamus meus sese continuit, volens omnia in tuum adventum

*

1 Johannes Truchsess von Wetzenhausen, domscholaster, ist generalvikar in Speier 9 Nov. 1507 bis 1513, dompropst 8 Juli 1517 bis zu seinem tode 4 Juli 1523. Vgl. Remling, gesch. d. bisch. v. Speier 2 bd. s. 833 ff. 2 Johannes Wacker (Vigilius) geb. in Sinsheim, stud. seit 1480 in Heidelberg, besonders jurisprudenz, 1491 doctor und licenciat, 1492 zum ersten male rector, von Raimund von Gurk und pfalzgraf Philipp als rath benützt. Schwabs Syllabus rectorum Heydelbergensium I, s. 78. Er bewahrte Reuchlin die freundschaft bis in die letzte zeit, vgl. u. 1520. Ich mochte diesen frischen brief nicht unterdrücken, wenn es auch nicht gelungen ist, alle persönlichen anspielungen desselben zu erklären. 3 princeps] Philipp von der Pfalz; cancellarius] Dietrich von Pleningen.

differre, quanquam plura semper ad te fuissent scribenda. Sed nondum compares. Ideoque possem ego omnem culpam meam in te transferre. Velim ergo tibi persuadeas, meam ad te scribendi negligentiam et tuam item ad nos redeundi tarditatem, tanquam paria delicta mutua fore compensatione tollenda, quanquam ego minime dubitaverim, te non sine urgenti ratione domi continere potius quam hinc inde vagari. Spero tamen sperantque quin immo et optant et desyderant multi alii te aliquando nobis præsentem futurum, ut ore ad os negotia mutuo inter nos agenda pro voto possent expediri. Sperat et id Andreas theologus noster qui totiens tuam optat præsentiam, quotiens se meminit esse infirmum ac nullum apud se habere medicum a quo recipiat medicinam, hoc est, qui in philosophia secum usque in secundam aut tertiam noctis vigiliam perpetuo secum disputationem continuet, eique adversetur. Nunc enim dicit: ubi est Reuchlin cum suo instans: utinam adesset. Jam vero tui cupidus est ut cum eo commisserationem habeas illius totius nostri seculi ejusque tam miserabilis status, eumque audires, sese ultra in hoc seculo minime mansurum. Quin immo mox sibi ad Schonau [1] suamque illic habitationem esse divertendum, aut saltem semel eandem esse ab eo visitandam. Pastor prætera in Steinach quid tui egeat nescio. Sæpius tamen tuam diuturnam absentiam dolens miratur. Præsul item noster et Vangionum [2] nedum te desyderat nobiscum esse, sed in dies conatur invenire media quibus te reducat ad se, ut et si te perpetuo secum detinere non possit, saltem te præceptore per hanc hyemem futuram utatur. Constituitque uxori tuæ ut consensum præstet transmittere propediem plaustrum vini boni. Tu interea delibera quid tibi sit faciundum.

Sed ut de reliquis taceam, quid credis de me ipso nunquid ne ego desyderem tuum festinum adventum? Profecto merito id credere debes, ego enim præter te neminem habebo saltem chariorem, qui nostro more mecum in multam noctem

1 Einzelne gedichte aus jener zeit an abt und mönche in Schonau von Adam Wernher bei Mone, quellensammlung zur bad. landesgesch. III (1863) s. 158 bis 164. 2 Dalburg.

vina mea nova optima dulcissima et in magna copia gustet, probet, deglutiat [1]. Spero enim me habiturum ad annum futurum plaustra non minus vini novi optimi dulcissimi Neminem præterea habebo qui dum mane surgendum et vestibusque induendum promiscue et suis et meis utatur vestibus. Quid multa? carebo ego unico meo solatio.

Ob eas tamen res omnes nolo facias quod tibi non conducat, quodque tuo judicio tibi videtur adversum. Quod si æque tibi ut mihi congrueret faceres rem mihi longe omnium maxime gratissimam, si hanc hyemem totam etiam meis impensis nobiscum ageres, postea quam enim nuper a me discessisti, tum primum sensi ego atque magnifeci solatia quæ ex tua præsentia in dies acceperam. Nacta semel oportunitate si venire non potes, describe saltem nobis vitam tuam domesticam seu heremiticam; credo enim te in solitudine domus tuæ cum solis libris tuis delitescere, et ut alias constitueras a negotiis curialibus abstinere.

Decanus noster spirensis jam multos dies laboravit febri quartana, cui si potes scribe quamprimum literas consolatorias et medicinales, facies enim ei rem gratam. Fuimus nuper, cancellarius, pastor in Steinach et ego cum eo consolationis causa. Fuitque ob eam solam rem nuper cum eo serenissimus princeps noster. Cæterum utile (ut tandem has barbaras literas concludam) sperarem fratri tuo [2] fore, ut semel adesses præsente principe; posset enim denuo ei promitti stipendium pro continuanda lectione in lingua græca, ad quod cancellarius laborat, sed suus solus labor timeo non sufficiet, quanquam et ego non omnino dormiam. Estque res propterea eo deducta, ut si tu vel unum verbum nostræ actioni apud principem addideris, res expediatur indubie, possetque sic frater tuus continuare studium suum, quod in legibus et canonibus incepit. Vale et me ama, atque uxori tuæ dulcis-

1 An den heiteren zusammenkünften in Vigilius hause nahm auch Theodorich Gresemund theil, in dessen leben es heißt: in ædibus Heidelbergæ Vigilianis, quas inhabitarat, doctissimis persæpe viris (Joanne etiam Capnione) a Vigilio ad cœnam vocatis, tersissimos versiculos edidit. (Riegger Amœnit. Friburg. II s. 349.) 2 Über Dionysius R. in Heidelberg vgl. Lamey, a. a. o. s. 32 bis 34.

simæ dic meo nomine salutem multam rogaque mei loco ut, si alias fieri posset commode, saltem te semel ad nos remittat. Vale iterum, raptim in die animarum, Anno 1499.

Gedruckt: 1 = C. v. e. f[a] bis f ii[a]; 2 = J. v. e. g iii; 3 = C. v. e. II fol. 40[b] bis 42[a].

LXIX.

Basel. **13 Jan. 1500.**

Sebastianus Brant an Reuchlin

wünscht ihm glück, dass er wieder in die heimath zurückgekehrt und von der molestia curialis befreit sei, ist begierig, Reuchlins comödie, in der er einen grausamen herrscher geschildert [1], kennen zu lernen, deren zusendung ihm Leontorius versprochen, bestätigt, dass die nachricht von seinem tode ein falsches gerücht war und beneidet den R. um sein ruhiges, den studien gewidmetes leben. Ex Basilea, idibus Januariis M.D. [2].

Gedruckt: 1 = C. v. e. e 7[b] fg.; 2 = J. v. e. g[a. b]; 3 = C. v. e. II fol. 38[ab].

LXX.

Speier. **21. Jan. 1500.**

Jodocus Gallus Rubeaquensis an Reuchlin

frägt an, ob das venimus in Matth. 2, 2 präsens oder perfectum ist, theilt mit, dass briefe am bequemsten durch den prokurator Johannes Maierhofer geschickt werden könnten und freut sich, dass, wie er von Vigilius gehört habe, der übersandte fisch angekommen sei [3]. Ex Spira, 12 kal. Febr. 1500.

Gedruckt: 1 = C. v. e. d 4[b] fg.; 2 = J. v. e. e 2[b]; 3 = C. v. e. II fol. 28[a].

*

1 Sergius sive capitis caput, ebenso wie die zweite Reuchlinsche comödie Scenica progymnasmata in Heidelberg verfasst und aufgeführt, vgl. Reuchlin s. 79 ff. 2 Dem briefe folgen in den sammlungen drei distichen Bs. an R., die aber wegen erwähnung des sohnes: Onophryi sis memor oro tui, wol einer früheren zeit angehören, vgl. oben nro. LIV a. 3 Vgl. oben nro. LXVII.

LXXI.

Stuttgart. 26 Sept. 1500.

Capnion Vigilio salutem.

Tua [1] in me voluntate, mi amantissime Vigili, vide quanti te faciam! nihil mihi post libellos et chartas jucundius, nihil suavius unquam id semper audienti ex omnibus qui ad nos istinc veniunt egregria te de nobis sollicitudine affici ut valeamus. Quod nuper etiam nobilis adolescens ille Lonchinus et Dionysius frater prope testati sunt. Eo sum ductus maxime ut vestro contubernio, si non omni momento, at quam sæpe quoad licet, interesse cupiam, ubi acutis et acribus ingeniis non modo priscorum dogmatum thesauri eruuntur, verumetiam ætatis nostræ meditantur inventa, ubi nihil est usquam vel divinarum vel humanarum rerum quod non inter fœcundos calices Aristotelico more in utramque partem disputetur, quo in genere (dii boni) quanto cum studio Andream [2] nostrum illum philosophissimum hominem abundantissimo dicendi torrente ac vi sermonis præditum audivimus omnes, etiam in multam noctem ab ejus ore pendentes, quom qua [3] de re dicere illum libuit perpetua oratione usus pulpitum concederet nemini. Ego vero Arcesilæ modo et Carneadi contra omne quod proposuisset conarer disserere. Meministine quando pugnantia dua et contradictoria in uno quodam latissimo instanti vera esse statuebam, quantus [4] ei risus cum exclamaret: ubi est instans Capnionium. Nec mirum quod de suæ orationis flumine tam multa hausimus, cum totus fluminibus scateat, unde tanquam de spongia quandocunque altercationum certamine comprimitur. Varii manant philosophorum rivi inter cacumina doctissimorum virorum, alter Apollinis Parnassus, ex quo Tanaim, Bactrum, Choaspem, Indum, Araxen ingentia flumina scribit Aristoteles ille Stagirita impetu profluere, alter orientem versus Promethei Caucasus, unde Phasis lento gradu elabitur, alter ad occidentem vertex Pyre-

*

1 TVa 2. 2 S. o. nro. LXVIII. 3 quom q. 2. 4 quantos 2.

næus, hinc Rhodanum, illinc Tartessum emittens, alter in Libya æthiopicus tractus, unde Aegon et Nyses et Chremes et Nilus, alter ad aquilonem Arcynium jugum, ut extat in Meteorologicis, unde fama celebris Hister exoritur in Euxino ponto mergendus. Et hic noster ignobilis Nicer societate Rheni ad borealem Oceanum properans, quem vos familiarissimi contubernales mei accolitis, et accolitis quidem sine me ad hos latices Pieridum, cum tanta voluptate quanta ipse Andreas ad latices accubat balneorum. Finge tu mihi hominem humi serpere ad fontis ædiculam in meditullio æstuarii mox repentem propere post sudores vixdum meticuloso primo illas ipsas fistulæ guttas summis digitulis attrectare, ac tandem stillantem aquulam osculari, clanculo mordicare et lambere, deinde insumere et resumere, postremo haurire, sorbere, deglutire et usque ad immensam satietatem ingurgitare. O quam prosperi Andreae successus, o quanta fœlicitas. In siti humidum, in æstu frigidum, tactu leve, visu limpidum [1], auribus rauco murmure sonorum, dulce gustui, et salubres herbas, præterradens suavissimi odoris libamen. Jam cogitanti mihi arescunt fauces, et ipse sitio, qui Andream aquas potare scribo, non Tantalum qui ne labra quidem admovet, sed memoratu dignissimum Protea illum et sacerdotem et vatem. Affer igitur, mi Vigili, helveolum tuum quod graece chenopoda dicimus, ut relictis Andreæ Nereidibus tecum bibamus simulque cum religionis nostræ columna Jacobo theologo Selistatino [2] quem apprime diligo. Et quidem faventibus superis combibemus tandem aliquando, et una cœnitabimus, quando nova inter nos stella oriri et lucere visa est, non ex veteribus planetis unus, quos majores nostri erroneos vocavere, sed sydus aliquod summatis orbis ille consultissimus juris Venigerus, quem suo merito vas legum apellaverim, ut Baldus Azonem. Vale fœliciter cum tuis immo nostris et Dionysio fratri benefac ob amorem in te meum. Ex Stutgardia, sexto Kalendas Octobres, Anno MD.

Gedruckt: 1 = C. v. e. f ii$^{a. b}$; 2 = J. v. e. g 4^{ab}; 3 = C. v. e. II fol. 42^{a} bis 43^{a}.

*

1 lympidum 1. 2 Wimpfeling.

LXXII.

Stuttgart. 1 Nov. 1500.

Joannes Reuchlin Phorcensis præceptori suo Jacobo Jehiel Loans Judæo [1].

שלום שלום לרחוק ולקרוב אדוני ר׳ יעקוב[2] אלופי
ומיודעי: ממני המשתוקק והנכסף לראות פניך הנעימים
להתענג מזיו פניך המאירות לשמוע למודך הטהור: ועתה
באתי במגלת ספר להודיעך כי שבח לאל אחרי נסעי ממך
הצלחתי בלמודי והגעתי גהשגה גדולה: ידעתי תשמח
ותגיל: אני יוחנן רוחלין מפורצן הכותב ראש חדש
כסלו שבת הרסא: ליד הנכבד ר׳ יעקוב [3] בכמר יחאל לואנש:

Latine sic: Pax pax longinquo et propinquo. Domine mi magister Jacobe dux meus et notus meus a me qui desydero et concupisco cernere vultum tuum suavissimum ad delectandum de splendore vultus tui lucentis, audiendo doctrinam tuam purissimam, et nunc veni epistolio libello, ut tibi notificem, quod (laus deo) post recessum meum abs te profeci in doctrina mea et perveni ad consecutionem magnam scio lætaberis et gaudebis. Ego Joannes Reuchlin ex Phorcen, scribens Kalendis Novembris Anno quinto millenario ducentesimo sexagesimo primo. Ad manum honorabilis magistri Jacobi filii honore excellentis Magistri Jehiel Loans.

Gedruckt: 1 = C. v. e. 3^b; 2 = J. v. e. m^a; 3 = C. v. e. II fol. 68^b sq.

LXXIII.

Worms. 4 Dec. [1500].

Georgius Gemminger [4] doctor, præpositus ecclesiæ Spirensis an Reuchlin

bedauert, das von R. erbetene buch de bellis Germanicis nicht zu besitzen, schickt ihm einen brief des Sebastian Murrho,

*

1 Über Loans vgl. oben nro. XXXIX a. 2 und Reuchlin s. 106. Als unerlaubte judenbegünstigung wird dieser brief dem R. von Pfefferkorn Defensio contra famosas obscurorum virorum epistolas (ed. Böcking Lpzg. 1864) s. 193 vorgeworfen. 2 אלופי Ps. 55, 14. 3 בן כבוד מהורר רב = בכמר. 4 Georg von Gemmingen, domsänger, ist generalvikar von Speier 1487, domprobst 1488 bis zu seinem tode 15 März 1511. Vgl. Remling, gesch. d. bisch. von Speier. b. 2, s. 833 ff.

theilt mit, dass derselbe von Dalburg eine handschrift über deutsche geschichte besitze und bittet, ihm die historischen schriften Nauklers zu schicken, um durch ihre lektüre die schweren philosophischen studien zu unterbrechen. Ex Wormatia, 3 Non. Dec.

Gedruckt: 1 = C. v. e. d 4a; 2 = J. v. e. c 2a; 3 = C. v. e. II fol. 27a.

LXXIV.

(?) (1500) [1].

Ad Joannem Reuchlin seu Capnion, trium linguarum Interpretem et Philosophum [Conradus Celtis].

Capnion nostræ decus omne terræ
Vistula Eois cui limes oris,
Noricum et cujus locus explicavit,
Ister et Alpes.

Balticus dictus sinus a latratu
Clauserat nostrum glacialis orbem,
Finit occasum rapidus gelato
Flumine Rhenus.

Sæpe ibi tecum memini Latinæ
Quicquid et Grajæ recinunt camœnæ,
Legifer quicquid tulit et sacro vo-
Lumine Moses.

Voluimus, magnus pater et parens es,
Qui tribus linguis super eruditus,
Nec mihi in toto similis tibi unquam
Cognitus orbe est.

Te Tubingensis veneratur ultro,
Et colit multo Basilea honore,
Teque mirantur tua qui diserta
Scripta revolvunt.

*

1 Das gedicht ist jedenfalls vor 1506, sonst würden unter der aufzählung der werke die Rudimenta nicht vergessen sein; die letzten strophen könnten vermuthen lassen, dass es während des aufenthalts Reuchlins in Heidelberg gedichtet sei. Es ist hier aufgenommen, weil es das einzige erhaltene zeichen der verbindung zwischen beiden männern ist. Über Celtis vgl. die vita von Klüpfel 2 bde. Freib. 1827; Aschbach: Roswitha und Celtis; die wanderjahre des Celtis, Wien 1867 und 1868.

Culta quæ priscum redolent leporem,
Sive romanas vel Athenienses,
Seu Palestinas tua docta fundunt
Pectora voces.

Tu librum de mirifico relatu
Edidisti, omnem memorans sophiam
Quicquid invenit Latialis Argus
Et quid Hebræus.

Comicas fraudes copiose scribis,
Et sonas doctus Tragicum coturnum [1].
Primus et nostras celeres iambos
Ducis in oras.

Inde per Rheni celebratus urbes
Te colit præsul, refovent sodales [2],
Et meis cunctum lyricis habebis
Nomen in ævum.

Aus: CONRADI CELTIS PROTVCII | PRIMI IN GERMANIA POETÆ CORONATI | LIBRI ODARUM QUATUOR CUM EPODO ET SECULARI CARMINE | ... Argent. 1513. 4⁰. lib. III, 24 fol. Liiii^b V^a.

LXXV.

Tübingen. 25 Febr. 1501.

Henricus Bebelius Justingensis politioribus literis præfectus in gymnasio Tubingensi an Reuchlin

legt wissenschaftliche fragen vor: 1. ob Kyrie eleison oder Kyrieleison zu schreiben und das eleison drei- oder viersilbig zu sprechen sei, 2. ob das u in Evangelion consonantisch oder vokalisch zu sprechen sei, 3 ob μεταμόρφωσις u. a. auf der drittletzten accentuirt werden dürfte, da doch die penultima lang sei, 4. ob σοφία u. a., lateinisch ausgesprochen, in der vorletzten silbe eine länge erhalten müsse. Ex Tubingen, quinto Cal. Mart. anno 1501.

*

1 Das wol nur eine poetische licenz Celtis; eine tragödie Reuchlins ist nicht bekannt; die anspielungen auf die übrigen werke Reuchlins sind deutlich genug. 2 præsul] Joh. v. Dalburg; sodales] die mitglieder der societas Rhenana.

Gedruckt: 1 = C. v. e. e 5b fg.; 2 = J. v. e. f 3ab; 3 = C. v. e. II fol. 35 ab; 4 = Zapf, Heinrich Bebel, Augsburg 1802, s. 84 fg.

LXXVI.

Stuttgart. (Nach 25 Febr. 1501.)

Henrico Bebelio Joannes Reuchlin Salutem.

Facile patiar pro tuo desiderio, immo plurimum aveo, te mihi tuis illis nobilissimis virtutibus fore notum. Sed heus tu, mi Bebeli, cur a me, veterano et ludi literarii emerito milite, grammaticum opificium quaeris? cujus et dux et imperator ipse in musarum castris quotidianum exercitium agis. Redigere me vis ad incunabula et vagitus puerorum, ut Paulum Tarsensem cum suis Galatis jurgantem audiamus [1]: quomodo convertimini iterum ad infirma et egena elementa, quibus denuo servire vultis. At fuerit ille de aliis quibusdam locutus elementis, ego satis tuo [2] erga me amori facturus ajo kyrie trisyllabum esse, primamque per hypsilon, secundam vero jota scribendam, cui sit accentus in prima peracutus. Eleison autem verbum imperativum tetrasyllabum, accentu similiter in antepenultima acuto [3], nec fit diphthongus unquam ex ε et η vocalibus [4], qua propter a nostris ob ignorantiam Hellenismi male cœpit pronunciari hoc totum kyrieleison quinque syllabarum, quasi per synalœpham elisis vocalibus.

De evangelio idem quod de Evandro tibi judicium sit [5]. Nam cum post eu consona litera sequitur, tunc diphthongi, hoc est duarum vocum sonus retinetur ut euge, Eusebius, Eunuchus. Sequente vero aliqua vocali, compertum est enun-

*

1 Gal. cap. 4. 6. 9. πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα. οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε; 2 tua 2. 3 Diese mittheilungen benutzte Bebel in seinem reichhaltigen sammelwerke: Commentaria epistolarum conficiendarum z. b. ed. Phorcæ 1508 fol. i 4a. 4 o für ε. 5 Als parallellstelle mag aus einem seltenen schriftchen folgendes angeführt werden: Angelus græce nuncius, latine hinc evangelium. i. bonum nuncium et debet proferri o non vocalis, sed consonans, ut sonum habeat f. sicut. Euander Euergites et hoc quoties vocalis aliqua eu sequitur. Alias quando eu consonans sequitur, tunc dyphthongus eu non dividitur, sed retinet vim suam ut Eusebius. Auctor est Joannes Capnion phorcensis (A 5a). Euangelium scilicet bonum nuncium ab cu quod est bonum et angelus: nuntius

ciationis divisionem admitti, manente diphthongi quantitate, ut Ptolemæus Euergetes, Bacchus Euius [1]. Et Virgilius in octavo Tum pater Euandrus dextram complexus euntis [2]. Haud [3] secus atque in au diphthongo accidere assolet, ut: gaudeo gavisus, et e contrario avis, auceps.

Quid autem super metamorphosi sentiam, quoque tales dictiones accentu pronunciari debeant, certe permultum refert, græca latine velis dicere an græce. Nam si togam eis latinam induas, romana servabunt præcepta, ut quibus brevis est penultima, his acutus in antepenultimam cadat accentus, velut hæc Doróthea [4] hujus Dorótheæ, hic Timótheus, hujus Timóthei, hic Sócrates, hujus Sócratis, hic Hippócrates, hujus Hippócratis, hic Aristóteles, hujus Aristótelis, hic Praxíteles, hujus Praxítelis. Aliter enim ea si græce proferas penultima veniet elevata: hæc Dorothéa hujus Dorothéas, hic Timothéos, hujus Timothéu, hic Socrátis [5], hujus Socrátus, hic Hippocrátis, hujus Hippocrátus, hic Aristotélis, hujus Aristotélus. In quibus vero penultima syllaba reperitur longa, ea si græco pallio cupias ornari, spectanda veniet ultima syllaba, quæ si longa fuerit, accentus exaltabitur in penultima. Sin vero brevis, levanda est acuto sono antepenultima et ita in barytonis.

De historia et sophia, sicut de papia et philosophia communem usum esse considerandum Priscianus Caesariensis [6] in libro de accentibus præcipit. Tu vero ejusdem diligentur lege præceptum in libro secundo artis grammaticæ capite octavo de possessivo [7], ubi tradit in quibus i penultimam puram producant Romani. Cæterum quæ penultimam longam quantitate habent, eam semper elevant, nisi sit [8] quædam,

*

et debet a in secunda syllaba sonare f. teste Joanne Phorcensi et Bebelio (D 3a). Aus der schrift In Horas dñicas Illustris (Rodolphi Langij poete Laureati ornatissimi expla | natio Petri. n. Drolshagij (11 zeilen). Am ende: Finis per me Richardum pafræt. Anno dei M.CCCCC.V. decima sexta Aprilis. A 8 B 4 C 6 D 4 bll. 4°. Die letzte seite ist leer.

1 Evergetes, Evius, Evandrus! 4. 2 Virgil Äneis VIII, v. 558. 3 Hand 1. 4 Dorothea und allen folgenden worten accente ausgel. 4. 5 Nach der aussprache des $\eta = \iota$ vgl. Reuchlin s. 102 a. 2. 6 Die zahlreichen ausgaben dieser verbreitetsten grammatik s. bei Hain, Repert. bibl. IV s. 153 bis 156. Unsere stelle in der ausg. v. Krehl (Opp. Prisc.), Lpzg. 1819, I, s. 86 bis 91. 7 depossessivo 4. 8 fit 4.

exorbitantiæ causa. Hæc quam potui brevissime ad te scripsi, tum propter nuncii tui festinationem, tum etiam quod interea parum elangui, vixdum recta valetudine constitutus. Fœliciter vale.

Gedruckt: 1 = C. v. e. e 6a.b; 2 = J. v. e. f iii 4b f; 3 = C. v. e. II fol. 35b. 36b.

LXXVII.

Speier. 28 Febr. 1501.

Jodocus Gallus Rubeaquensis Theologus an Reuchlin

schickt die früher [1] erbetene griechische, nun von Joh. Cün ergänzte, bibel zurück, da er sich nun eine aus Venedig verschrieben habe, frägt im namen Cüns an, ob der evangelist Johannes in Rom oder Patmos in siedendes öl getaucht worden sei [2], und bittet, dem Konrad Pellikan [3] im erlernen der hebräischen oder griechischen sprache behülflich zu sein. Ex Spira, ultima Februarii, a. 1501.

Gedruckt: 1 = C. v. e. ea: 2 = J. v. e. e 2b fg.; 3 = C. v. e. II fol. 28a.

LXXVIII.

Ror. 15 Juni 1501.

Wolfgangus præpositus in Ror [4] Jo. Reuchlin LL. Doctori S. D. P.

Quo te nomine vocem, clarissime doctor, ac nostræ aetatis omnium excellentissime, etiam si omnia membra mea vertantur in linguas nescio, nec tu laude mea indiges, quom laude tua plena sit terra. Ideo fama tua excitatus quæsivi: Magister is ubi habitat? Et dixerunt: veni et vide, ecce in Stutgarten.

*

1 Vgl. oben nro. LXVII. 2 Vgl. die neueste darstellung dieser vorgänge bei E. Renan: L'antechrist. Paris 1873. 3 Über Pellikan ist auf Hottinger: helvetische kirchengeschichte III, IV zu verweisen; über seine leistungen im hebr. habe ich stud. d. hebr. sprache s. 19 fg. und österr. vierteljahrsschr. f. kath. theol. bd. X, s. 457 fg. gehandelt. 4 Über diesen Wolfgang habe ich leider keine nachrichten auffinden können.

Venirem personaliter et viderem, nisi cura rei familiaris humeris meis confractis imposita prohiberet. Nec hominem alium sub sole potius viderem propter sacras literas hebræas, quas præ omnibus calles, in quibus et ego utcunque proficio. Sed id præ omnibus avidum me reddit, quia cum tu una cum Sidonio et Baruchia de Verbo Mirifico tractabas [1], ego licet indignus, ad parietem astiti et audivi, quomodo ille vetus Baruchias ajebat, quod pronunciatio nominis ineffabilis compræhenderetur tribus commatibus sub una periodo eo loco, quo Moyses de ineptitudine linguæ conqueritur. Sed hodie dictum Baruchiam non intelligo nec expositionem dicti nominis (licet in manu mea sit Sepher thillim) [2] capio, quia extra sacellum extiti in quo licet non idola tantum cancelli justa morem gentis nostræ alti sunt, quare introspicere non potui, quomodo ipse hebræus ex lxxii versibus quælibet sancta signacula digito monstrabat. Verum ex voce tua audivi te ibidem et conjeci te singula perquam diligenter advertisse. Ideo, ut verbis tuis utar, si qua scis quæris auditorem ut ex te discat, ita plurimum delectaris communicatione et liberalitate studiorum nec necesse erit orare ac vix tandem exorare auditorem, quia avidus audiam saltem calamum tuum de pronunciatione et expositione mirifici nominis ex locis supra nominatis. Scripsissem illi Baruchiæ, sed ut scis inhumanus est et pro consuetudine gentis suæ non valde amicus et de genere hominum qui talentum libenter suffodiunt et scientias occultant. Sed et Capnion ex his creditur, quia vix afflatu inspirat de verbo crucis, cujus areopagita in ecclesiastica hierarchia meminit. Sed tu, Joannes Reuchlin, omnia communicabis Wolfgango tuo, qui in hac canicie sua nil habet pro solatio nisi sacras literas. Ipse arcana velamenta et secretissima symbola non sparget in auram sed silebit, celabit, tacebit et Verbum mirificum perquam diviniter colet. Vale foeliciter. Ex monasterio Ror ordinis Sancti Augustini canonicorum regularium. Anno domini MD. I. in die S. Viti.

Gedruckt: 1 = C. v. e. g ii[b] sq.; 2 = J. v. e. h 4 4; 3 = C. v. e. II fol. 49[a]. 50[a].

*

1 Vgl. Reuchlin s. 179 ff., besonders s. 181 und 182. 2 Buch der psalmen; vgl. Reuchlin s. 181 a. 1 f.

LXXIX.

Stuttgart. 24 Juni 1501.

[Reuchlin an pfalzgraf Philipp.]

Dem durchluchtigstenn hochgepornnen fürstenn unnd herren herrn Philipsenn pfaltzgraven by Ryn unnd hertzogenn inn Bayern, des heiligenn Römischen rychs ertzdruchsässen unnd churfürsten, minem gnedigstenn herrn, entbüwt ich Johannes Röuchlin, inn welltlichen rechtenn doctor min unndertenig willige diennst zu allen zyten gehorsamglich unnd demüttiglich beraitt. Unnd schick zu euwer furstlichen gnadenn uss begirlichem willen danckbarlicher widergeltung [1] diss min unkunstlich unnd doch flyssig arbaytt, die ich gelegt hab an die tusculanischen fragenn, so der hochwyss und wolgelertt redner Marcus Tulius Cicero vor alltenn zytten inn latinischer sprach loblich hautt geschribenn, der maynung: Nach dem des menschen gemütt mitt täglicher bekümbernuss gar offt würdt schwerlich betrübt, er wollte doch gutter mass durch vernunftwegs gnug anzögenn, dass wir uns selber möchten inn unsern gedennken erlychtern unnd von vilfältiger ynryssend beschwernus ledig unnd louss machen; des er sich dann in dem erstenn buch uss des toudes verachtung unnderstett zethunde. Alls das üwern furstlichen gnaden wol möcht lanngen, myner ringen symlichait nach, zu ergetzlichait des laydigen falls der durchlüchtigsten Fürstin euwer gnaden ymmer loblichenn eegemahells saliger gedachtnuss [2]. Darumb ich das selbig buch mir für annder zu tolmetschenn erwelett hab, euwern fürstlichen gnaden zu thund ain sonnders gefallenn daran. Unnd auch zu bewyssenn den, der aller von üch mir gescheheпn guttat, so ferr ich lanng lebenns zil erraich, dannckbar will erfundenn werdenn gegenn denn selbenn euwern fürstlichenn gnadenn die der allmechtig wolle zu zyttlichem hayll unt nachvolgung des ewigenn uffennthalltlich frysten. Actum unnd geschribenn zu Stutgarttenn an

*

1 Nämlich für die ihm während seines Heidelberger aufenthalts vom pfalzgrafen Philipp erwiesenen wohlthaten. Vgl. z. b. oben nro. LX. 2 Margarete von Baiern, vermählt 1474, starb, nachdem sie Philipp 14 kinder geboren hatte, 25 Jan. 1501, s. Häusser, gesch. der rhein. Pfalz I, s. 495.

sannct Johanns des hailigen töuffers aubennt, als man zallt nach Christi gepurrt fünfftzehnnhundert und ain jaure.

Heidelb. univ. bibl. deutsche handschr. nro. 482, 100 bll. hdschr. in braunes leder gebunden; auf der vorderseite des deckels die zahl 1557 und das bild des pfalzgrafen Ottheinrich; fol. 1.

LXXX.

Hirschau. 14 Sept. 1501.

Nicolaus Basellius [1] monachus Hirsaugiensis an Reuchlin

beklagt, dass er keine antwort auf seinen brief vom 10 juli erhalten habe und bewundort R., der, wie ein Franziskanermönch Paul mitgetheilt habe, nun der hebräischen sprache denselben eifer, wie früher der griechischen widme, wofür ihm die gelehrten der ganzen welt dank bezeigen müssten.

Cessabit ergo jam perfidus quisque in angulis mussitare Judæus ut viderit sese unico hoc tuo et splendidissimo opere devictum, Theologi quoque nostri tibi gratificari debebunt, quippe qui in pristinam gratiam sacras literas atque historias cum ipsa veritate, tua opera rediisse intelligent. Nostrates vero Suevi quibus tuis ipsis vigiliis teneantur gratitudinibus obstricti, ne Apollo quidem ipse fari posset.

Bittet ihn, ihm später das fertige werk mitzutheilen. Ex Hirsaugia 18 Cal. Oct. 1501.

Gedruckt: 1 = C. v. e. f 4^b fg.; 2 = J. v. e. h 2^{ab}; 3 = C. v. e. II fol. 45^b fg.

LXXXI.

Justingen. 8 April 1502.

Joannes Stoffler Justingensis [2] Joanni Reuchlin Phorcensi S. D. P.

Ex literis tuis accepi instrumentum verorum motuum solis et lunæ ac passionum eorundem [3] a D. præposito in Denken-

*

1 Literarisch besonders als fortsetzer und herausgeber der nauklerischen chronik bekannt. 2 Über den mathematiker und astrologen Stoffler vgl. Heyd in der Tüb. zeitschr. f. theol. 1839. 3 Über diesen brief und Reuchlins stellung zur astrologie vgl. Reuchlin s. 176 fg.

dorph [1] tibi donatum. Gaudeo vehementer, utinam eandem servaret integritatem, et splendorem quam habuit dum ex officina mea ad eundem abiit. Pro ejus regimine nulli mihi sunt canones. Semel enim rite verificatum sola motatione aut provolutione singula juste patent. Constitueram apud me pro his et aliis absolvendis ad te aditurum, quod in hodiernum usque diem distuli. Vexor quotidiano morbo sinistri cruris, nescio spasmatico an alio, adeo vehementer, ut equo insidere penitus abhorream. Spero tamen redivivum tempus vernum vires mihi et sanitatem restituturum. Characteres planetarum libenter sculpam, sed quo pacto reti tenui sine læsione infigi possint non intelligo. Singula absolvemus vita comite, viribusque reassumptis. In hebræo sermone, quo abunde doctus es, si sint hæ dictiones bobel et bovel earundem peto cum præsenti gerulo interpretationem. Vale fœliciter. Ex Justingen octavo die Aprilis Anno MDII.

Gedruckt: 1 = C. v. e. g iii^b; 2 = J. v. e. i^b sq.; 3 = C. v. e. II fol. 51^a. b.

LXXXII.

Ulm. 27 Juni 1502.

Raimundus, Cardinalis Gurcensis [2], legatus etc. Joanni Reuchlin Phorcensi LL. doctori Salutem.

Venerabilis et eximie doctor, si eam quam cudere nuper nobis petentibus promisisti orationem de Germania et ejus principibus [3] optato fine terminasti, non poteris in præsentiarum nobis præstare rem magis gratam quam ut quantocius eam ad nos transmittas. Quæ si non est plene perfecta adhibeas omnem operam ut quam celerrime compleatur et ad nos proprio cum tabellario, si alias commode fieri nequeat, expensis nostris afferatur. Bene vale. Ex Ulma 27 Junii 1502.

Postquam scripseramus præsentes, venit ad manus nostras oratio tua lepidissima, quæ supra modum nobis grata extitit.

*

1 Petrus Siber s. unten 1 Jan. 1503 nro. LXXXVI. 2 Über Raimund Perauld, geb. 1435 gest. 1505, vgl. Ciaconni, vitæ Pontificum Romanorum etc. III, s. 182 fg., vgl. übrigens grosse lobsprüche über ihn bei Trithemius Chronicon Sponheimense ad a. 1505. 3 Von dieser rede, die, nach unserm briefe, sogar gedruckt zu sein scheint, habe ich nichts finden können. Sollte etwa die rede von 1498 Ad Alexandrum VI, die freilich nur von einem deutschen fürsten handelt, gemeint sein?

Optaremus quod divortium [1] posset cœlebrari inter te uxoremque tuam ejus tamen consensu, quam plurimum nostro nomine salvam esse jubebis. Iterum vale. Dat. ut supra.

Gedruckt: 1 = C. v. e. i ii[a]; 2 = J. v. e. l 4; 3 = C. v. e. II fol. 67[b]; 4 = Majus l. c. s. 209.

LXXXIII.

Venedig. 18 August 1502.

Aldus Manutius Romanus [2] Joanni Reuchlin Phorcensi S.

Amari me abs te plurimum, mi Joannes, jampridem novi, non meo in te ullo officio sed humanitate tua, quare, nisi te benevolentiamque tuam plurimi faciam, sim plane ingratus, sed et facio plurimi et redamo magnopere. Ex libris autem quos petis mitto Julium Pollucem, Stephanum de urbibus, Thucydidem, Etymologicon magnum [3], Prudentium christianum pœtam cum quo et græca quædam impressa sunt, Sedulium item cum Juvenco et Aratore, cum quibus et Homerocentra imprimenda curavi. Suidas [4] non erat apud me et nuncius tuus dicebat non esse sibi plus pecuniæ sed rediturum se brevi Venetias et facturum quod jusseris. Præterea impressi sunt ex Græcis hi post opera Aristotelis quæ a nobis quoque habes: Aristophanis comœdiæ novem cum commentariis, Epi-

*

1 Die schwierigkeiten, die in diesen worten liegen, habe ich angedeutet Reuchlin s. 28, a. 3. 2 Aldus Manutius geb. c. 1449 in Bassiano, kommt nach Rom, später nach Ferrara, wo er griechisch bei Baptista Guarinus lernte und namentlich den jungen fürsten Albertus Pius unterrichtete. Dann lebt er in Mirandula und Carpi und arbeitet für seine schüler kleine metrische und grammatische schriften aus. Gegen 1490 begibt er sich nach Venedig, um dort eine druckerei zu errichten, und die werke der alten, namentlich der griechen, in richtigen texten zu verbreiten. Seine ausgaben (das erste buch erschien 1494) zeichnen sich manchmal durch kritische sorgfalt, immer durch schönen druck und gutes papier aus. Von seinen eignen werken haben die lateinische und griechische grammatik den meisten werth. Er starb 8 Febr. 1515. Vgl. über ihn die unten angeführte schrift von Schück. Dass er die bekanntschaft Reuchlins 1498 gemacht hat, geht aus dem im anhang mitgetheilten briefe hervor; Reuchlins oratio 1498 ist bei ihm erschienen. S. o. nro. LXIV a. 1. 3 Etymologicum 4. Stephanum] erschien 1502 in drei büchern. Schück s. 36. Julii Pollucis vocabularium und Thucydides erschienen je zu einem dukaten Schück s. 34. 4 Der Suidas erschien erst 1500, Schück s. 50.

stolæ græcæ sex et triginta aut rum; Dioscorides; Aratus cum Theonis commentariis una cum Julio Firmico [1]; Simplicius in prædicamenta Aristotelis. Ammonius in quinque voces, Gregorii Nazianzeni circiter octo millia carminum [2], Nonnus carmine heroico in evangelium secundum Joannem [3], Apollonius poeta cum commentariis. Imprimuntur et quasi absoluta sunt Sophoclis tragœdiæ septem cum commentariis, item Herodotus. De hebraicis [4] non est impressum quicquam. Quod tu componis [5] placet, perge ut detur studiosis. Impressi sunt præterea latine literis parvis Virgilius, Horatius, Juvenalis, Persius, Martialis, Lucanus, Catullus, Tibullus, Propertius, Epistolæ familiares M. Tullii. Imprimuntur iisdem characteribus Ovidii opera, Statius, Valerius Maximus, si ex his aliquid placuerit, scribe. Interea vale meque, ut facis, ama. Venetiis XVIII Augusti. Anno MDII.

1 = C. v. e. g $8^{a.\,b}$; 2 = J. v. e. k ii^b; 3 = C. v. e. II fol. 58^b sq.; 4 = Schück, Aldus Manutius und seine zeitgenossen in Italien und Deutschland. Berlin 1862 s. 128 fg.

LXXXIV.

Strassburg. 30 Aug. 1502.

Simon Ribisin [6], juris utriusque licentiatus, apostolici legati de latere secretarius an Reuchlin,

dankt für seinen brief, der ihn besonders dadurch erfreut

*

1 Die Epistolæ, Dioscorides, Aratus waren 1498 erschienen Schück s. 28 fg.; der Aristophanes 1498. Schück s. 27. 2 Schück macht darauf aufmerksam, dass carminum hier verszeilen bedeute. 3 nonnus [qui]: [paraphrasim scripsit] in 4°. 4 hebraicis] Wie es scheint, hat Aldus überhaupt auch in späterer zeit sich mit dem druck hebräischer werke nicht abgegeben, er wollte eine bibel in drei sprachen drucken (nonis Julii 1501 an Celtis und Longinus Schück s. 123), davon ist aber nur ein blatt erschienen (3 Sept. 1501 an Celtis, Schück s. 125). Die introductio perbrevis ad hebraicam linguam als beigabe zu des Aldus lateinischer grammatik (erschienen 1501) und zu der grammatik des Constantinus Laskaris (o. d.) Schück s. 32. 52, hat jedenfalls der in unserm text stehenden äußerung zufolge keine hebräischen typen gehabt. 5 Quod tu componis. Ob sich das auf ein werk bezieht, von dem Reuchlin dem Aldus geschrieben hatte (vielleicht die hebr. grammatik?) kann, da der brief des ersteren nicht vorhanden ist, nicht mehr entschieden werden. 6 S. R., j. u. d.

habe, dass er nachrichten von R's. tode widerlegte, die Vincentius Wolf in Strassburg verbreitet habe. Er werde seine angelegenheit möglichst fördern und bitte ihn, durch den boten die Bulle zu übersenden, die der dom. rever. ihm kostenfrei verschaffen wolle. Ex Argentina, penultima Augusti 1502.

Gedruckt: 1 = C. v. e. i^b fg.; 2 = J. v. e. 1 4^a; 3 = C. v. e. II fol. 67^ab.

LXXXV.

Venedig. 24 Decemb. 1502.

Aldus [1] Romanus Joanni Reuchlin salutem.

Delectari te plurimum literis et laboribus nostris, Capnion mi, suavissime, quantum ipse delecter, non facile scripserim, tum quia principibus [2] placuisse viris non infima laus [3] est, tum etiam quia laus ista quoniam a te laudato viro proficiscitur, facit, [4] ut me esse aliquem putem. Sed deum Optimum Maximum oro, ut diu alter alterius studio delectari possimus in dies magis, quod non dubito futurum si, quamdiu prodesse hominibus possit vita nostra, uterque vixerimus. Libros omneis [5] quos volebas, cui jussisti dedimus præter Nonnum et Gregorium [6]; nondum enim exire in publicum possunt. Quod vero minoris istic nostros emere libros queas miror. Certum est enim non minoris eo vendi illos Venetiis, quanti [7] constiterunt tibi, immo potius pluris. Sed puto esse causam quoniam mercator iste cum accipiat a societate [8] nostra Venetiis quam plurimos simul libros et minoris quam venduntur singuli ut, quemadmodum æquum est, et ipse lucrari possit aliquid, nec tamen solvat (damus enim illi ad tempus) gratis eos fortasse habuisse putat [9]. Vale Venetiis 24 Decembris 1502.

*

wird 1503 zum rektor der universität Heidelberg gewählt; s. Schwab, Syllabus Rectorum I, s. 83; sekretär des Raimund v. Gurk, der auch in diesem brief als dominus reverendissimus bezeichnet wird? Die geschäftliche angelegenheit aber, um die es sich handelt, ist mir nicht bekannt.

1 Manutius. Vgl. den diesem briefe vorangehenden brief Reuchlins im anhang. 2 principibus etc.] Horaz Epist. I, 17, 35. 3 viris ausgel. 4. ultima für infima 4. 4 facis 2. 5 omnes 4. 6 Der Nonnus erschien griechisch erst 1504, Gregorius mit lateinischer übersetzung in demselben jahre. Anm. Schücks. 7 [quam] quanti 4. 8 Eine bestimmte societas hatte Aldus nicht; vielleicht setzten einige mitglieder der akademie, die zu den kosten beitrugen, auch die preise fest. Anm. Schücks. 9 [se] putat 4.

1 = C. v. e. d 8b; 2 = J. v. e. k ib sq.; 3 = C. v. e. II fol. 59a. b; 4 = Schück (s. nro. LXXXIII) s. 120 fg.

LXXXVI.

Denkendorf. 1 Jan. 1503.

Johannis Reuchlin [1] Phorcensis. LL. doctoris Liber Congestorum De arte prædicandi ad reverendum patrem dominum Petrum præpositum in Denckendorf ordinis sancti Dominici sepulchri per Germaniam vicarium et visitatorem generalem incipit [2].

Cum aut nostra erga superos impietate, aut cælestium solito influxu, deive omnia gubernantis providentia factum sit, ut apud nostrates ubique jam grassante tanta pestilitatis lue vix tuto in ipsis quasi petrarum cavernis consisti queat; tu me, pius pater [3], pro tua singulari benevolentia tam in me quam in meos, et [4] omnibus nota et mihi hactenus [5] a multis annis perspecta, cogitantem quorsum cum uxore [6] ac familia domo secederem, dedita opera per tuos familiares ad te in ipsum tuum monasterium vocasti. Quæ res digna mihi videri

*

1 Joannis Reuchlin 2. 2 Aufschrift ausgel. 3. Das werkchen Reuchlins De arte prædicandi ist eine sammlung von vorschriften für predigten, zunächst für die mönche des klosters Denckendorf bestimmt. Das nähere besagt der brief selbst. Majus s. 246 führt als auf diese schrift bezüglich folgendes an: Mentionem ejus facit honorificam Joannes Potken præpositus S. Georgii Coloniæ et F. Joannes Quonus Prior Cartusiæ prope S. Odomarum vallis S. Aldegondis his verbis in epistola ad Capnionem data: superesse putamus, ut posito metu, sicut omnes nos, etiam tuos vexatores per novum tuum docuisti opusculum, quonammodo sermo fieri debeat ad populum, ita quoque Germanicam pueritiam doceas diversas quas calles linguas et faciliorem discendi modum, ut eo magis tui æmuli jaceant inglorii. Majus gibt dieses briefstück ohne datum, ohne angabe eines ortes, an dem etwas näheres zu finden ist. Ein solcher gemeinsamer brief Potkens und Quonus an R. ist nicht erhalten. Die stelle scheint sich allerdings (in den gesperrt gedruckten worten) auf unsere schrift zu beziehen, aber im jahre 1503 ist sie gewiss nicht geschrieben, worauf doch novum zu deuten scheint, denn damals konnte man von æmuli und vexatores Reuchlins nicht sprechen. 3 Pater in me quam pro 3. 4 tam in meos, et 3. 5 hactenus 2. 6 uxore] vgl. oben 27 Juni 1502 nro. LXXXII.

debet in omne ævum perpetua gratitudine mea, non modo erga te qui mihi tanto adjumento esse voluisti, verum etiam in tuos et monasterii tui fratres ac dei servos, qui noctes atque dies in creatoris obsequio famulantur. Quod enim illi vel officium vel beneficium in mihi gratificando unquam intermiserunt? aut quam humanitatem domesticis meis ullam negarunt? Quibus cum in tam molesto otio [1] et bibliothecæ meæ tristi absentia diu mecum ipse subdubitarem, qualis a me gratia referatur, tua sum adhortatione factus certior, nihil fore quod adulescentibus tuis vel etiam provectæ [2] ætatis sacerdotibus ad regendas parochias [3], quarum tibi copia est, magis conducere possit, quam si id curarem, ut in arte prædicandi evaderent quam doctissimi. Feci igitur quod in tam suspecta tempestate vel præ [4] timore, vel mærore potui, ut una lucubraciuncula hæc de arte prædicandi documenta congererem, quæ adolescentibus tuis viva voce declamavi, ut crescerent tandem in viros evangelicos, quorum sermonibus plebs ad meliores mores converteretur. Accipe igitur hoc [5] munusculum grato animo, quod, quanquam parvo [6] extat corpore tamen mea sententia lucebit plurimum [7] virtutibus. Vale Kalendis Januariis. Anno 1503.

b.

Udalricus [8] Charintas ad Lectorem

Arte, modo, officio vis declamare sacerdos.
Prisco, ne fugias quæ docet iste liber.

c.

Georgius Symler [9]

Ut possis totæ penetrare silencia turbæ.
Grataque suggesto dicere verba gregi,

*

1 tanto molesto 3. 2 profectæ 3. 3 pariochias 1. Parrochias 3. 4 velpre 1. 5 Accipe ergo hoc in mim. 3. 6 parvo] parum 3. 7 plurimum lucebit 3. 8 Uldaricus 2. Über U. Ch. ist mir nichts weiter bekannt. 9 Georgii 1. Simler 2. S. geb. in Wimpfen, rektor der lat. schule in Pforzheim, von 1511 prof. der rechte in Tübingen. Literarisch hat er sich durch einen commentar zu Reuchlins Sergius, der zuerst 1507 und

Sæpe sub obscuro meditari pulchra sacello,
Ne fugiat cœtum tempus et hora tuum,
Joannes doctos inter celeberrimus omnes
Efficit, et patriæ gloria magna suæ.

Gedruckt: 1 = Joannis Reuchlin | Phorcensis. LL. doctoris Liber Congesto-|rum de arte predicandi. | 15 bll. in 4°; a 2. Am ende: Finit liber Congestorū Joannis Reuchlin | phorcensis LL. Doctoris. Tem-|pore pestilitatis æditus in | Denckendorff. PRI. | ID. Septembres. | anno M.D.II. | Impressus | Phorce. | M.DIIII. | 2 = Joannis Reuchlin Phorcen|sis LL. doctoris Liber Congestorum | De arte prædicandi. 12 bll. in 4°; a 1b; a. e: Finit liber Cogestorū(!) Joannis Reuchlin Phor|cēsis LL. doctoris, Tempore pesti|litatis æditus in Denkedorff | Pri. Idus Septe. An|no Mdij Im|pressus phor|ce. MD.| VIII. 3 = Majus, vita Reuchlini s. 245 fg.

LXXXVI.

Augsburg. 22 April 1503.

Conradus Peutinger j. u. Doctor, Joanni Reuchlin Phorcensi S. D. P.

Gaudeo plurimum me tibi tantum esse cordi, quod nuncium tuum ad me vacuum ire non permisisti. Agimus tibi ego uxor et filiæ gratias. Vehementius etiam ageremus, si filiæ agere liberius possent. Sed omnia in Julianam [1] filiam conferemus, quae et literas modo latinas legere didicit et memoriter absque scripto repetit et syllabas etiam (dum ei munus aliquod licet exiguum dono) discit. Petis a me quippiam ex rebus professionis nostræ. Scito apud nos nihil vel

*

später mehrfach gedruckt wurde, bekannt gemacht. In diesem commentar nennt er sich fol. 76b mit stolz einen kritiker und fährt fort: quo nomine tu (Reuchlin) me indignum, dulcissime præceptor, in epistolis tuis mellitis ambrosiam nardumque redolentibus sæpicule appellitas. Briefe von Simler unten 1507 und 1509.

1 Dieses frühreife mädchen, die erste tochter Peutingers, empfing 3 jahre 10 monate 24 tage alt den kaiser Maximilian bei seinem einzug in Augsburg (Febr. 1504) mit einer lateinischen begrüßung; abgedruckt bei Veith: Historia vitæ C. Peutingeri s. 24. Sie starb sehr frühzeitig.

parum esse, quod tu non habeas prius. Bibliopola tamen attulit opera Aristotelis [1] uno volumine traductiones scilicet Joannis Argyropoli Byzantini, Leonardi Aretini, Hermolai Barbari, et Georgii Vallæ. Item Marsilium Ficinum de christiana religione et opera M. Antonii Sabellici prosa et carmine. Quod si ex his aliquod habere volueris, reddito me certiorem transmittam quidem quantocius. Superioribus diebus præpositus Augustensis suas ad me dedit literas, quarum ad te exemplum mitto atque rogo quid sentias mihi significes. Et cura quod patronus noster Dalburgius aliquando Cæsares suos vel saltem nomismatum inscriptiones ad nos mittat. Sum modo in nostris Suevis Cæsaribus [2] in quibus ob incuriam majorum labore majore opus est. Tu si quid habes quod nostræ diligentiæ accedit rogo accomodes. Vale et me ama ut soles. Uxor et Juliana suo et Constantiæ [3] nomine te salvum optant. Iterum vale. Datum Augustæ 10 Kalen. Majas. Anno 1503.

Gedruckt: 1 = C. v. e. e^b sq.; 2 = J. v. e. e iii^b; 3 = C. v. e. II fol. 29^b sq.

LXXXVII.

Gotha. 1 Okt. 1503.

Mutianus Rufus [4] doctor Joanni Reuchlin salutem.

Emi Rabanum [5] tuum, Germanorum eruditissime, tuum jure dixi quem et urbs tua patria quasi ab inferis revocavit

*

1 opera Aristotelis] Etwa die Pariser ausgabe von 1497 Panzer Annales typographici II, s. 316. 411? 2 Über dieses ungedruckte werk, das die münzen und inschriften der ost- und weströmischen kaiser in fast ununterbrochener reihe von Julius Cäsar bis Basilius einerseits und Lothar II andererseits enthält, vgl. Veith a. a. o. s. 102 sq. 3 Constantia, zweite tochter Peutingers, die 1517 Ulrich von Hutten den dichterlorbeerkranz flocht (Strauss, Ulrich v. Hutten [Lpzg. 1858] I, 277). Sie heiratet 1525 den Melchior Soiter von Windach J. V. Doctor et Eques und stirbt 1546 (Veith s. 25 sq.). 4 Über Conrad M. R. vgl. besonders die werke von Kampschulte: die universität Erfurt I, Trier 1858 und Strauss, Ulrich von Hutten 2. aufl. Lpzg. 1871. Sein name wird noch häufig in dieser sammlung begegnen. 5 Gemeint ist: Magnentii Rabani Mauri de sancte Crucis opus. eruditione versu prosaque mirificum Aa à 5 Bb à 4 a bis k à 6 bll. A,

et tu bene tornato ac mire gravi sanctoque poemate illustrasti. Videbatur mihi pater ille postliminio renunciasse, ita consenuit, ita nusquam de eo mentio habebatur, credo facies operis a transcribendo librarios deterruit. Sed nunc tuorum municipum industria reviviscenti gratulantur omnes, invitati opinor testimonio vel potius judicio tuo. Quis enim Joanni Reuchlin præconia laudum celebranti non acquiesceret? Nam persuademus nobis apposuisse te prius quam imprimeretur miniatas cerulas et calculum seu notas doctissimæ manus tuæ. Saepe volebam auspicari tecum amiciciam, testis germanus meus principis Hassiæ cancellarius [1], testis Trittemius, testis Nicoleos Hirsaugiensis monachus [2]. Semper mihi defuit occasio, doctrinam enim tuam singularem et generosam facundiam et infatigabile studium amplector, admiror, prædico. Brevi fore spero, ut quod Picus [3] pollicebatur, tu examussim perficias, tantum ab humanitate tua peto, ut Mutianum tui nominis atque honoris studiosum in album amicorum recipias. Et si vacat indica mihi nomina librorum quos hactenus invulgaveris. Bene valeas, decus omnis literaturæ ac sapientiae. Ex Gotha Thuringorum ad Cal. Octobres 1503.

Gedruckt: 1 = C. v. e. h 4^b; 2 = J. v. e. l iii; 3 = C. v. e. II fol. 65^b sq.

*

B à 6 C à 3 bll. in fol. Am ende: Phorçheim. in ædibus Thome Anshelmi. Martio mense M.D.III. Sub Illustri principe Christofero Badeñ (roth gedruckt). Aa 2^a steht ein gedicht Reuchlins: Ad Thomam Anshelmum impressorem in laudem Rabani de sancta cruce epænos, das so beginnt: Temet et, o Thoma, reputo Phorcenque beatam, | Quod per vos Rabani de cruce fulget opus. | Semina scribendi redeunt dispersa per orbem | Ars quam venturis occuluere patres | und endet: Quare agite ambo duo titulos crescatis in altos | Hoc solo Rabani splendidiore libro; | Anshelmi Thoma qui chartas imprimis arte, | Tuque simul Phorce, fons et origo mei; | Urbs, honor artificum, fabricatrix ingeniorum | O decus, o Rabani vive secunda parens.

1 germanus] vgl. Strauß s. 42 und Kampschulte I, s. 75. 2 Nicolaus] Basellius vgl. oben 14 Sept. 1501 nro. LXXX. Für die freundschaft Mutians mit Basellius kann ich sonst kein zeugniss anführen. 3 Pikus von Mirandula, der in der kabbalistik für Reuchlins vorgänger mit recht angesehen wurde.

LXXXVIII.

Ulm. 16 April 1504.

F. Petrus Siber [1], Provincialis ordinis Prædicatorum Jo. Reuchlin LL. Doc. amico charissimo S. D. P. [2]

Egregie domine doctor amice charissime. Habeo tuae reverentiæ ingentes gratias pro diligentia ac labore in causa nostra. Remitto latorem præsentium F. Paulum qui rursus consilio et auxilio tuo indigebit. Nos in hujusmodi causis practicam non habemus. Invitus contendo, sed neque confusionem provinciae ac Ordinis libenter viderem, possem vero optime pati cum pace et honore omnia terminata esse. Quod tuo consilio atque opera spero omnino posse fieri. Frater Paulus plura dicet, cui fidem habebis. Ego adhuc febribus fatigor. Tu vero vale quam optime. Ex Ulma 16 Kalendas Maii 1504.

Gedruckt: = J. v. e. p^b.

LXXXIX.

Frankfurt. 17 April 1504.

F. Wigandus [3], Theologiæ professor, ordinis Prædicatorum an Reuchlin;

dankt ihm in seinem und des ordens namen für die aufopfernde thätigkeit und bittet auch in einer neuen angelegen-

*

1 Zu den schülern des Petrus Siber gehört Conrad Collin und Nikolaus Ellenbog. Letzterer schreibt nach Peters 1508 erfolgtem tode: Magnam jacturam mors hujus doctissimi viri ordini vestro indubitato pariet Novi ego hominem et dum Heidelbergæ trivialibus insisterem literis, frequentius concionibus ejus interfui. Habuit vir ille singularem gratiam ut supra id quod erat raræ doctrinæ facilis quoque esset et jucundus loquendo, ita ut eum audire tæderet neminem. Tam præterea efficax persuadendo quam alius nemo, ita ut facile quo vellet audientis animum impellere. an P. Prior in Ulm 14 kal. nov. 1508 lib. I ep. 52 fol. 47 (Ellenbogsches briefmscr. s. u.). 2 Dieser und die nro. LXXXXIX und 91 folgenden briefe sind nur in den Epp. ill. vir. abgedruckt, obwohl sie der zeit ihrer abfassung nach ganz wohl schon im ersten buch hätten platz finden können. Sie stehen direkt vor dem briefwechsel Reuchlins mit den Kölner dominikanern und ich glaube nicht zu irren, wenn ich behaupte, dass durch diese zusammenstellung die undankbarkeit der Kölner recht grell gezeigt werden sollte, die zuerst im dank für Rs. bemühungen kaum worte genug finden können und später ihn so heftig anfeinden. 3 Über W. vgl. Echard Script. ordin. Prædicatorum II, 13.

heit um seine hülfe. Ex Francofordia anno 1504, 15. Calend. Maji.

Gedruckt: = J. v. e. p^b fg.

LXXXX.

Justingen. 8 Mai 1504.

Joannes Stoffler Justingensis Jo. Reuchlin LL. doctori S. D. P.

Figuras [1] cœlestes ortus et conceptionis tuæ, item anni præsentis et futuri revolutiones ad te mitto vir spectatissime. Eas quum iter ad episcopum hodiernum [2] Wormaciensem habui obtulissem, sed te domi minime offendi. In regressu a Ladenburgo per aliam viam reversus sum ad ædes meas. Habes ut spero cœlestes figuras perfectas a me, summa diligentia examinatas, ex quibus facile de pluribus tibi accidentibus judicabis. Vale iterumque vale. Ex Justingen 8 Idus Majas. Anno 1504.

Gedruckt: 1 = C. v. e. g 3^b; 2 = J. v. e. i^b; 3 = C. v. e. II fol. 51^a.

LXXXXI.

Ulm. 1504.

F. Laurentius Aufkirch, ordinis Prædicatorum an Reuchlin

dankt in seinem und Peter Sibers namen für die vortreffliche besorgung des ertheilten auftrags. Dat. Ulmæ 1504.

Gedruckt: = J. v. e. p^b.

LXXXXII.

Stuttgart. 15 Dec. 1504.

Johannes Reuchlin Phorcensis LL. doctor an Jacob Questenberg

behandelt besonders geschäftliche angelegenheiten, sendet ihm entliehenes geld zurück und überschickt eine von ihm für ein

*

1 Die hier erwähnten tafeln, die für den biographen Reuchlins viel interesse bieten würden, sind leider nicht erhalten. 2 episcopum] Reinhard II von Rippur, nach Dalburgs tode seit 1503 29 Aug.

nonnenkloster aufgesetzte bulle, deren ausfertigung durch den Papst gewünscht wird. 18. Kal. Jan. A. 1504.

Handschr. = Berliner handschr. (vgl. eine) fol. 4; gedruckt = Friedländer s. 10 bis 12.

LXXXIIa.

Rom. 16 Jan. 1505.

Jacob Questemberg an Reuchlin

schickt durch den Reuchlinschen boten, Erard Veckol, den dank für den brief, bewundert die klassisch ausgearbeitete urkunde, die aber erst in 10 tagen ausgefertigt werden könnte. Vale 16 Jan. 1505.

Handschr. = Berliner handschr. fol. 4. Gedruckt = Friedländer s. 12 bis 13.

LXXXIII.

? 5 April 1505.

Joannes Franciscus Picus Mirandulæ dominus Concordiæquæ comes an Reuchlin,

schreibt, dass er bei seiner diesmaligen, dritten anwesenheit in Deutschland sicher gehofft habe, Reuchlin's persönliche bekanntschaft zu machen, dass er namentlich erwartet habe, ihn auf dem reichstag (zu Hagenau) zu treffen. Seiner bewunderung für ihn, die noch durch die erzählungen des Petrus Bonomus gesteigert sei, habe er in zwei stellen seiner werke ausdruck gegeben [1], und bitte daher, ihn in seine freundesschaar aufzunehmen. 5 Apr. 1405. (!)

Gedruckt: 1 = Joannis Francisci Pici Mirandulæ domini et Con-

*

1 Die beiden stellen 1. in dem Carmen heroicum:

Spectarunt fortes ipsis sub mœnibus Ulmæ,
Assueti contis fortes bellare Suevi,
Et Phorcin Latiæ donaius lumine linguæ
Cui sacrum triplici celebratum dogmate nomen,

2. in: de rerum prænotatione lib. VII, cap. VII in den opp. Joh. Francisci Pici. Basilea per Sebastianum Henricpetri fol. (O. J.) s. 245 und 432. Das Carmen Heroicum erschien unter dem titel: STAVROSTICHON | hoc est carmen de mysteriis dominicae crucis nuper in | germaniam delapsis Johannis Francisci Pici Mi|randulae domini et concordie comitis ad MAXIMILIANVM AVGVST. | Cum Jacobi Spiegel Selestani enarratione...

cor-|diæ comitis epistolarum libri quatuor | O. O. u. J. (jedenfalls vor 1514) kl. fol. B 6a; 2 = C. v. e. b 3a; 3 = J. v. e. ba. b; 4 = C. v. e. II fol. 7ab.

LXXXXIV.

Stuttgart. 24 Dec. 1505.

Johannes Reuchlin an einen adligen

„missive, warumb die juden so lang im ellend sind“. Datum inn wyhenacht fyertagen zu einem guten seligen jar. Ad annum 1505“.

Gedruckt: 1 = Porzh. 1505, 5 bll. in 4⁰; 2 = Böcking Opera Hutteni, Supplementum, fol. I s. 177 bis 179 (mit auslassung der vielen hebräischen stellen und deren übersetzung) [1].

LXXXXV.

(Stuttgart.) 7 Merz 1506.

Jo. Reuchlin Phorcensis LL. Doc. ad Dionysium fratrem suum germanum de Rudimentis Hebraicis liber primus.

Persæpe mihi cogitanti de communi sacrarum literarum jactura, Dionysi frater, quæ cum multitudine sophismatum

*

Am ende: Tubingae in aedibus Thomae Anshelmi | Badensis MDXII mense Julio. | 80 bll. in 4⁰. fol. XLVIIb bemerkt Spiegel zu Phorcin] Hoc loco animadvertendum quod auctor meminisse velit Capnionis Suevi quem vulgo nominant Johannem Reuchlin Phorcensem, cujus quoque in aliis suis libris honorificam sæpe mentionem fecit... quia vero Capnion sive Reuchlin inter alia sua opera tres libros composuit, de verbo mirifico secundum tria dogmata, scilicet philosophorum, Judaeorum et Christianorum, ubi continetur nomen sacrum id est tetragrammaton ineffabile, quin potius pentragrammaton effabile. Iccirco dicit auctor quod Phorcin ille, hoc est Phorcensis natione Germanus et latia lingua donatus, celebraverit nomen sacrum triplici dogmate... und zu triplici dogmate (fol. XLVIIIb) de trium linguarum libris scaturiente sci. graecis hebraicis et latinis. hic est ille Capnion qui nostra aetate in germaniam primus attulit graecae atque hebraice linguae scholastica fundamenta praeceptaque. Seinerseits wurde auch Pikus von Reuchlin erhoben. In des letzteren Deffensio contra calumniatores Colonienses 1513 Ha heisst es: Quid ille nobilis et generosus romani imperii comes Joannes Franciscus Mirandulanus? nonne simul ubique et jucunda et idonea dicere verba solet? maxime autem in hymnis ostendit quam syncerus sit.

1 Über die schrift vgl. Reuchlin 206 fg. und Böcking, Hutt. Opp. Suppl. vol. II, s. 55.

annis superioribus, tum maxime nunc propter eloquentiæ studium et pœtarum amœnitatem non modo negliguntur, verum etiam a quam plurimis contemptui habentur, in mentem venit tandem oportuni cujusdam remedii, ne sanctæ bibliæ scriptura vel aliquando tota pereat et simul animarum nostrarum progressus cum suavi cantu Sirenum, quas ne Ulysses quidem audiret, ad inferos abeat. Ad istum autem modum ei periculo succurrendum putavi. Primum omnium, cum sit in animis nostris (nescio unde) insitum multæ varietatis desiderium, quo fit ut versetur in ore illud adagium: vilescit quotidianum, erit necesse veterem sanctarum literarum dignitatem in novam faciem Latinis hominibus hactenus incognitam reverti, ut nimia familiaritate quotidianæ lectionis explosa, novum et nativum in divina scriptura dicendi genus, quale os dei locutum est, nosmet ipsi non sine quadam inauditi ac recentis nuper studii admiratione apprehendamus. Tunc enim tollitur omnium interpretationum commune fastidium, cum illa ipsa veteris testamenti biblia in sua primordiali, hoc est hebraica lingua, et legi a nostris et intelligi possit: haud secus neque alio more, atque primaria ejus institutio a summo rerum conditore inchoata desyderat. Quod plane fieri nequit, si non prius hebraicorum vocabulorum proprietatem et veram conditionem sermonis, a quo fonte omnis theologia scaturivit, avido conatu libenter assequamur. Cujus doctrina quamvis sit puerilis, tamen quia subtilior quædam cognitio quam ea literarum ratio alit, consuetudo hebraicæ loquelæ ac vetustissimorum librorum lectio crebra confirmat, ex ea præceptione oritur: non tantum non venit contemnenda, verum etiam tanquam omnium præstantissima non aliter, quam liberi nostri infantes exosculanda, et totis brachiis amplexanda.

Cum igitur hebraicæ bibliæ passim in Italia imprimantur, quas sibi quisque pauco ære mercari facile queat; neque tamen ex omni literatissimorum hominum numero in hunc usque diem inventus sit unus vel item alter, qui pro sanctissima theologia linguam hebraicam grammaticorum more Christianis demonstraret, fortasse quod vel tantum laborem majores nostri fugerunt, qui prope mea sententia est infinitus vel suæ dignitati putavere impar, quod, summis divinarum humanarumque

rerum disciplinis relictis, quasi ludimagistri ad puerilia elementa se converterent, ego miseratus tam sanctas literas, indolui, mea ætate studiosos diutius hebraicae linguæ scientia carere: quapropter illorum ingenio favens ausus sum [1], licet supra modum forsan temere, primus omnium et tam grave pondus meis humeris imponere et simul me offerre [2] latratibus mordacium; utinam judaicis solum.

Neque a dignitate viri docti reputavi alienum, ad elementaria consortia declinare aurelii Opilii [3] exemplo, qui non est dedignatus post philosophiam primo, deinde artem rhetoricam, novissime grammatica sectari; nihil aliter de Ateio Prætextato philologo Suetonius Tranquillus testatur. Simile quoque de Valerio Catone, qui dictus est Latina Syren. Fateor itaque, circa literarum rationem puerorum esse studia, et esse me etiam eo nunc provectum, ut partim me philosophum, partim jurisconsultum arbitrentur his de causis maxime, tum quod ex Capnione nostro quem edidimus [4] de verbo mirifico [5] non nihil quod veræ philosophiæ accedat, sibi persuadeant posse exanclari, tum quod jam annos complures [6] super fortissimis Suevis confœderatos principes dignitatem triumviratus non ambitione sed electione mera sim consecutus, eumque honorem usque in hunc diem servare me sentiant in concussum atque sanctum.

Attamen nihil me hujus elementariæ artis dispudet, quoniam ab ineunte protinus adolescentia illud ipsum ex usu mihi fuit estque in more semper, contemplationibus magnis ludicras disciplinas adjungere semper discendo docere, si non summos viros, at infimates [7]. Postea enim quam anno ætatis meæ duodevigesimo [8] Prisciani Cæsariensis literaria studia in schola Parisiorum aggressus sum, biennio post apud Rauracos dictionarium collegi quem appellavi Breviloquum [9]. Eo tem-

*

1 aussussum 1. 2 offerre me 2. 3 Über Aurelius Opilius vgl. Sueton. de Grammaticis cap. 6, über Atejus cap. 7, über Valerius Cato cap. 11. 4 aedidimus 2. 5 de verbo mirifico] vgl. oben 1494 nro. XLVI. 6 annos complures] seit dem jahre 1500, vgl. über diesen schwierigen punkt meine untersuchung: Mel. oratio s. 29 bis 34. 7 infimateis 2. 8 anno duodevigesimo 1473, vgl. Reuchlins brief an Faber 31 Aug. 1513 unten. 9 Vgl. Reuchlin s. 68 ff.

pore atque eodem Basileæ cis Rhenum in loco sub Andronico Contoblaca [1] natione Græco linguam græcam didici, quam elapsis inde quatuor annis [2] inter Gallos primo apud Genabum quas nunc Aurelianas vocant seminavi, ubi tempore protracto et juri civili dedi operam et fui a doctoribus honore Papinianistarum decoratus anno Dni [3] 1479 [4].

Vide, mi frater, quanta circumspectione vitam duxi. Nam universam stipem, quam discendo impendi, docendo acquisivi, simul enim et didici Latinorum iura et docui Græcorum præcepta, de quibus tunc artem grammaticam græce conscripsi, cui titulus exstabat μικροπαιδεία id est Micropædia [5]. Eam anno post Pictonibus [6] Galliæ Aquitanis publice legi, atque illic in jure civili cathedram merui. Regressus inde in Sueviam uxore mihi ducta sumpsi Doctoris insignia, populares causas apud tribunalia et judices exercens [7]. Cumque me ad serenissimum Imperatorem Fridericum tertium [8] inclytus princeps Eberhardus Probus is, qui postea in splendidissimis Vangionum comitiis [9] a Max. Aemiliano Romanorum rege uno imperii consensu Dux primus Wirtenbergensium auctoratus est, de cujus patriciis ego quoque consul eram, tum reperi ea in legatione Judæum doctum simul atque literatum nomine Jacobum Jehiel Loans [10] imperiali munifi-

*

1 Andronicus Contoblacas vgl. oben 1477 nro. I. 2 quatuor annis] 1478; nach dieser stelle könnte es scheinen, als sei Reuchlin von Basel gleich nach Orleans gekommen, wie es auch Melanchthon darstellt, dass dem nicht so ist vgl. meine Mel. Oratio s. 18 sq. 3 anno scilicet Domini 2. 4 Soll ohne zweifel 1481 heissen s. o. nro. IV. 5 Micropaedia] Diese griechische grammatik ist nie gedruckt worden. 6 Pictionibus 2. Der aufenthalt zu Poitiers 1480 bis 1481, das licentiatendiplom s. o. 14 Juni 1481 nro. IV. 7 Für die heirat und die erlangung des doctorgrades lassen sich keine ganz bestimmten daten geben; wahrscheinlich sind beide ins jahr 1484 zu setzen. 8 Die gesandtschaft erfolgte 1492 s. o. nro. XXVIII ff. 9 Vangionum comitiis] reichstag zu Worms 1495 s. o. nro. LI. 10 Loans] Von einem andern pietätszeichen Reuchlins gegen seine lehrer im hebräischen berichtet Majus s. 541: In eo (sc. Mosis Kimchii grammatica quam מהלך שבילי הדעת inscripsit) sua manu consignavit...: Joannis Reuchlini Phorcensis Præceptores in Hebraicis: Primus fuit Jacobus Jehiel Loans Mantuanus seu Ferraricus An. MCCCCLXXXXII VII Kalend. Octob. Alter Abdias Cæsinatensis Italus filius Jacobi Sphurno

centia et doctorem medicinae, et equitem auratum. Is me supra, quam dici queat, fideliter literas Hebraicas primus docuit Post vero legatus [1] Rhomam ad Alexandrum sextum qui reliqui fuerant ea in lingua canones eos a Cesinatensi Judaeo, scilicet Abdia filio Jacobi Sphurno petivi, qui me quotidie toto legationis tempore perquam humaniter in Hebraicis erudivit, non sine insignis mercedis impendio [2].

Quod iccirco, germane frater, ad te scribo, ut animadvertas, et sæpius cum tua mente revolvas, quantis laboribus, temporibus et impensis hebraicæ linguæ sola initia sortitus sim: quæ tibi nunc longe uberiora trado, quam acceperim. Dictionarium enim Hebraicum multo et acri studio solus confeci et exercitamenta cetera, quae tibi et oculis et animo videre licebit. Sane recordatus miseros nostra ætate Judæorum casus, qui non tam ex Hispaniæ [3], quam etiam Germaniæ nostræ finibus pulsi coguntur alias sibi sedes quærere atque ad Agarenos [4] divertere, quo futurum est, ut tandem hebraica lingua cum sacrarum literarum magna pernicie penes nos posset desinere atque evanescere, — mecum ipse constitui ad tradendam Christianis hebraici sermonis peritiam hoc libro prima fundamenta jacere pro Clementis papae quinti sacra constitutione de magistris lata. Quod cum ante me inter Latinos nemo fecisse appareat, spero inde gratiam haud mediocrem et apud posteros laudem absque invidia non intermorituram consequi.

Tribus [5] itaque voluminibus totum negotium, adjuvante Deo, conficiam: primum erit de literis, syllabis, dictionibus, usque ad ea vocabula, quae a K incipiunt, secundum de dictionibus inchoantibus ab L usque ad finem

*

prid. Idus Junias Anno Domini MCCCCLXXXXVIII Primus in Lynz in curia Imperatoris, Secundus Romae in curia Papae Alexandri VI. Über Loans vgl. oben nro. LXXII.

1 Für diese gesandtschaft von 1498 vgl. oben nro. LXIV. 2 Vgl. Reuchlin s. 46. 3 Die allgemeine vertreibung aus Spanien fand 1492 statt; über die einzelnen verfolgungen in Deutschland vgl. Grätz, gesch. d. Juden, bd. IX passim. 4 Agareni = Saraceni qui scilicet se existimant, ortos ex Ismaele filio Agaris et Abrahami. Du Cange Glossarium mediae et infimae latinitatis I, s. 139. 5 MVNST. Nos ordine illo relicto tres libros commodiori ordine in duos digessimus am Rand 2.

vocabularii, tertium de arte grammatica et ejus exercitatione. Inscriptio hujus libri est: de rudimentis hebraicis, eo quod non jam doctis, sed rudibus ac erudiendis ea volumina composuerim, deinceps altiora deo annuente daturus, quae ad arcanae Pythagorae disciplinam et artem Cabalisticam deserviunt, a nemine prorsus intellecta, nisi Hebraice prædocto. Recte vero speraverim quoslibet religionis Christianae studiosos non tam libenter a Judaeis quam abs te sacerdote et a memetipso, quamquam uxorio [1], ista suscipere Rudimenta Hebraica, quippe utrisque Christianis et ex parentibus Christianis Georgio et Elissa Phorcensis municipii civibus prognatis [2]. Hortor ergo te, mi Dionysi, ut ad laudem et gloriam Dei optimi maximi, atque utilitatem sacrae scripturae, simul etiam ad præparationem abstrusissimarum artium et antiquissimae priscorum philosophiae hunc librum pluribus idoneis, industriisque hominibus impertiaris, quatenus auxiliare nomen dei summi conspicue agnoscatur, diligenter ametur et ferventissime laudetur, quod est benedictum in sæcula [3]. Nunc in calce præfationis hoc unum admonuisse te velim, quod hic liber contraris Latinis more legendus est, qui enim primus putatur quinternio is ultimus exstat. Transversandus [4] igitur

*

1 uxorius] s. o. 27 Juni 1512 nro. LXXXV. 2 Die eltern Reuchlins standen im dienste der dominikaner in Pforzheim, vgl. meine Mel. Oratio s. 67 sq. Der mutter errichtete Reuchlin einen grabstein mit der inschrift: ELISSÆ. ER-|INÆ. GEOR-|GII. REVCHL-|IN. VXORI. JOH. | CAPNION, FI-|LIVS. MATRI. | PIENTISSIMÆ | POSVIT. Majus s. 140. 3 seculai l. 4 Transversandus] Dieselbe mahnung spricht am schluss des buches folgender Canon:

Non est liber legendus hic ceu ceteri
Faciem sinistra dextera dorsum tene
Et de sinistra paginas ad dexteram
Quæcumque verte, quae latina videris
Legito latine, Hebræa si sint insita
A dextera legenda sunt sinistrorsum.

Sonderbar genug hat Münster in der zweiten auflage, die er von diesem werke veranstaltete, die aber wie jedes andere buch von links nach rechts geht, diesen passus abdrucken lassen. Ähnlich sagt Joannes Pinicianus (am ende in der unten 1 Juni 1514 angeführten schrift Böschensteins):

Hic lingua triplici loquens libellus
Non est ut reliqui libri legendus,

liber est et secundum singula ejus folia a dextera legendus est ad sinistram, eodem modo quaecumque sunt hebraice scripta, suum a dextera ad sinistram sumunt tramitem: in ipsis autem foliis quaecumque latina scribuntur, ea more latinorum a sinistra leguntur ad dexteram. Haec tu notabis quam diligentissime, nos jam ad elementa ipsasque literas pergimus.

[Vorrede zum dritten buch.]

Acta quae sunt hucusque de literis, syllabis, et dictionibus Hebraicis maxime primitivis, vidisti amantissime frater [1] tibi, ut spero, dulcia, sed aliis forsitan melle et lacte nutritis propter incultum dicendi genus amara, qui secum si cogitent, omnem auditoribus orationem esse commodandam, non mihi vitio dabunt, quod vernis vernacule loquor. Nam qui fieri potest? ut per insuetum loquendi morem, et domi paratam, adque lucernas elaboratam dictionem, rudes facile doceantur, quibus tum esset opus ad præceptoris eloquentiam plus animadvertere, quasi ad sphingis ænigmata, quam ad ejus illa ipsa præcepta. Longe rectius me judice sensit Aristoteles, in disciplinis doctorem oportere per usitatissimam sermonis consuetudinem et nobis notiora quæque procedere. Dedita igitur opera solœco saepe et barbaro sum usus ad quorumdam vocabulorum proprietatem explicandam. Huc accedit tamen, quod et senecta, et barbarorum quotidiana conversatio, non solum linguam hebetat, sed et otium obtundit, pro illius Tyndarei adversus Menelaum, quin potius Euripidis tragici sententia, qui ait: βεβαρβαροῦσαι χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις [2]. Solus ergo quom in hoc Diogenis dolio totos dies delitescam, nec mecum vivat ullus hominum, cui verborum elegantia et eloquentia studium sit in pretio, sed agricolæ tantum et sacrificuli, aut si qui accedant, ut fit quotidie, qui me non de murilegulis, nec auro

*

A dextro graditur pede ad sinistrum
Hoc omnes modo transeunt columnae,
Judæum quoque teutonum et latina
Nec tu principium petas libelli,
Ad calcem propera benigne lector,
Et verum invenies modum legendi.

1 amantiss. 1. 2 βιβαρβαροῦσαι] Eur. Orest. 405.

1 Politicorum libri octo. Commentarii. Oeconomicorum duo. Commentarii. Hectonomiarum septem. Oeconomiarum publ. unus. Explanationis Leonardi in œconomica duo. Apud Parisios primaria superiorum operum editio typis absoluta prodiit ex off. H. Steph. a. 1506 fol. (Correctore B. Rhenano) nach Graf: Jakobus Faber Stapulensis in zeitschr. für hist. theol. 1852 s. 229. 2 S. o. nro. II.

Sletstat corrupta nomenclatura vocant decima luce Novembris. Anno a Christo nato DDDIX.

Gedruckt: 1 = C. v. e. g 4a bis g 5a; 2 = J. v. e. i 2 sq.; 3 = C. v. e. II fol. 52a bis 53b.

CXII.

Stuttgart. 29 Dec. 1509.

Joannes Reuchlin LL. doctor fratri Nicolao Ellenbog salutem.

Impetrare debueras omnium maxime de Cratylo quae a me postulasti Nicolae amantissime, si non me hactenus trimestris aegrotatio ita oppressisset, ut vel consilio medicorum a literis abstinendum fuerit. Taceo virium imbecillitatem qua ne potuissem quidem lectioni vacare, si voluissem. Sperabam quotidie, ut sunt res humanae, in bonam me valetudinem resurrecturum; sed qui sum tenaci pituita conditus diem de die protraho salutemque deos oro. Hoc iccirco ad te trementibus digitulis scribo, ut pernoscas, naturam impedimento fuisse, ne tibi morem geram. Quare ut diutius libello tuo non careas, mitto eum tibi eadem substantia qua ad me accessit. Et quamvis gravissimum mihi sit, me tibi non potuisse placere, tamen in damno tibi non tanti fuerit. Poteris enim de dictionario graeco si quod habes omnes tu ipse defectus supplere. Res facilis erit non difficilis. Quod si boni consulueris et deum pro mea sanitate rogaveris, in alio tibi restitutus sanitati spero complacere. Fœliciter vale. Ex Studgardia 4 Kl. Januarias 1509.

Msc. Ellenbog. lib. I epist. 74. fol. 65a.

CXIII.

Ottenbeuren. 21 Jan. 1510.

F. Nicolaus Ellenbog doctori Capnioni S. d. [1].

Accepi literas tuas, vir literatissime, cum Cratylo [2] quibus adversa te valetudine tentari [3] dolenter accepi. Laboras tu [4]

*

1 N. E. prior monasterii Ottenburensis Joanni Reuchlin LL. doctori S. d. p. 2.. 4. 2 Der anfang lautet in 2.. 4: Redditus est mihi Cratylus una cum literis tuis vir lit., vgl. oben nro. CXII. 3 tentari] laborare 2.. 4. 4 Laboras] gravaris 2.. 4.

quidem communi literatorum incommodo. Solet enim plaerumque pituita eis qui literis sunt dediti, molestare, quod ex Marsilio Ficino [1] in suo [2] de triplici vita opusculo haud contemnendo [3] scire potuisti. Deus Optimus Maximus, a quo omnis medela, faciat, ut quam primum sanitati restituaris, ut nedum mihi ut polliceris aliquando prodesse possis, verum etiam toti ecclesiae catholicae. Quantam enim jacturam (citra adulationem loquor) immatura tua mors universali ecclesiae allatura sit, nemo ignorat nisi literarum ignarus. Rursum vero quantum vita comite sacris literis invigilans prodesse possis dici non potest, potissimum tanta eruditione et linguarum pluralitate pollens. Ego sane, ut petis, pro te dignissime vir, orare quam fidelissime non cessabo [4]. Tu vero ubi sanitatem recuperaveris [5], secularibus posthabitis negociis, ad divinas eruendas scripturas totus incumbas precor. Audeo enim hoc mihi polliceri si tali te firmaveris [6] proposito, sanitatem tibi propediem deo largiente reversuram. Vale doctissime vir et me, ut facis, ama [7]. Ex Otthenbura 12 Kalen. Februarias 1510.

1 = Ellenbogsches manuscript fol. 65a. b lib. I ep. 75; 2 = C. v. e. gb; 3 = J. v. e. h. iiib; 4 = C. v. e. II fol. 47b.

CXIIIa.

(?) 1 März (1510?).

Erasmus [8] Reuchlino suo S. D.

Jam [9] bis ad te scripsi, fortassis negligentius quam decuit ad tantum virum, sed tamen amice simpliciterque. At tu ne

*

1 Das angeführte werk von Marsilius Ficinus ist sehr häufig erschienen; die älteste ausgabe ist wohl die ohne titel; in kl. fol., am ende: Impressit ex archetypo Antonius Mischominus | Florentiæ Anno salutis MCCCCLXXXIX | Tertio Nonas Decembr. | darunter das buchdruckerzeichen. 2 in suo] platonico illo philosopho 2.. 4. 3 haud. cont. opusc.] opusculum haud contemnendum legens 2.. 4. 4 non cess.] apud deum non desistam 2.. 4. 5 recep.] recuperaveris 2.. 4. 6 tali.. firm.] ejusmodi.. armaveris 2.. 4. 7 doct.. ama ausgel., dafür: fœlix 2.. 4. Datum ausgel. 1. Die abweichungen in 2..4 sind derart, dass man annehmen muss, Ellenb. habe seinen brief, bevor er ihn abgeschickt habe, stark verbessert. 8 Über Erasmus vgl. die neuesten schriften Durand de Laurs: Paris 1872, 2 vol. und Drummond: London 1873, 2 vol. 9 Die

verbo quidem respondes. Non possum quicquam de te suspicari, nisi quod sit eruditissimo simul et humanissimo viro dignum. Episcopus Roffensis [1], vir absolutissimae doctrinae, in suis ad me literis ita de te meminit: „Quod mei meminisse volueris, et me per literas salutare, gratias ago tibi maximas et praecipue quod de Reuchlin tam diligenter omnia scripseris, cui ego valde faveo, quanquam incognito mihi". Ac paulo post: „Ad Reuchlin illum redeo, cujus opera si qua ediderit quae apud nos non fuerint, cures quaeso ad nos perferri. Nam mihi valde placet hominis eruditio, ut, qui vicinius ad Joannem Picum accesserit, alium extare neminem credam. Vellem, Erasme, sciscitareris ab eo per literas, si forte illum non conveneris, unde acceperit genealogiam illam sacrosanctæ virginis Mariæ [2] quam vocabulario suo Hebraico apposuit. Vehementer enim scire cupio, unde habeat ea res authoritatem, simulque quonam modo fieri possit, ut cum juxta Philonis breviarium, Solomonis linea penitus intercisa fuerit, ipsa nihilominus ex Solomone illic descendisse tradatur. Coneris, Erasme, ut meus Reuchlin dignetur me de his duobus certiorem facere". Rursum in fine: „Vale, optime Erasme, et me ipsi Reuchlin commendatissimum facias, quem haud dubie viserem ipse, si non his sacris vestibus essem indutus". Haec mihi, Reuchlin, vir ille clarissimus suapte manu ad me scripsit, quae ad verbum ad te transcripsi, ut ex his intelligas, quanti te faciat. Dignus est cui morem gerat humanitas tua vel ob hoc ispum, quod te tam ardenter amat. Nos hoc

*

beiden briefe des Erasmus sind weder in den Epp. ill. vir. noch in der Erasmischen briefsammlung erhalten.

1 Episcopus Roffensis] Johannes Fischer geb. c. 1455, tritt in den geistlichen stand, wird beichtvater der gräfin von Richmond, der mutter Heinrich VII. Von diesem wird er 1504 zum bischof von Rochester gemacht, und von ihm, wie von Heinrich VIII sehr hoch geschätzt. Des letzteren hass zieht er sich zu, als er sich weigert, dessen erste ehe für ungültig zu erklären, und erleidet, dadurch und durch vieles andere verdächtig geworden, den tod, 22 Juni 1535. Vgl. Herzog, realencyklopädie IV, s. 408 ff. Wie sehr er Reuchlin schätzte, werden wir noch häufig in eigenen äusserungen und briefen des Erasmus ausgesprochen finden. 2 geneal. Mar.] vgl. Rudimenta hebraica s. 19 bis 31. Der gelehrte bischof hätte wissen dürfen, dass diese Genealogie aus Luk. cap. 3 vv. 23 bis 38 ist.

in procinctu scripsimus et quidem occupatissimi. Nam Romam avolamus. Quod attinet ad editionem operum Hieronymi, tantum abest ut vel pilum tuorum laborum aut gloriæ mihi velim vindicare, ut citius aliquid de me in te transfuderim. Cum eum laborem susciperem, ignorabam te in eodem versari. Quanquam non agimus idem. De Hebraicis literis nihil arrogo mihi quas primoribus duntaxat gustavi labris. In summa dabitur sua cuique laus idque candidissime. Bene vale, et Erasmum in eorum adscribito numerum, qui tuo nomini vere et ex animo faveat. Kal. Martias [1].

Gedruckt = J. v. e. s iii[a. b].

CXIV.

Tübingen. **26 März 1510.**

Demm ersamen redlichen unnd uffrechten, minem lieben unnd gutten fründ, maister Hannsen Ammerbach burger zu Basel unnd buchtrucker [Joannes Reuchlin] S. D. P.

Quam maxime cuperem in gloriam S. Hieronymi [2] morem tuæ [3] gerere voluntati et fortasse possem quidem, si temere vellem cuncta niti. Est vero arduum et difficile nimis, Hieronymum, ut decet, restaurare ac luci reddere, virum tam ex variis linguis atque libris ornamenta sua nactum, præsertim homini vel eorum nescienti vel eorumdem egenti. Quamquam enim habeo libros quam plurimos in omnem quasi Protei

*

1 Ich habe den brief ins jahr 1510 gesetzt, wegen der stelle über Hieronymus. Vgl. die aufforderung des Joh. Amorbach an R. 27 Juni 1509 an derselben theilzunehmen. Freilich sind dadurch die chronologischen schwierigkeiten nicht gehoben. Erasmus freundschaft mit Fischer beginnt 1506 (Drummond I, 149, 150), in unserem brief erscheint sie bereits als sehr fest; dagegen ist Er.s italienische reise 1506 begonnen, sein aufenthalt in Rom 1509, und beides scheint in unserem briefe als künftig betrachtet zu werden. Die andeutung der Hieronymusausgabe lässt uns nicht höher hinauf als 1509; das fehlen jeder bemerkung über den Reuchlinschen streit nicht tiefer hinab als 1510 gehn. Der brief, ebenso wie der Fischers, aus dem stücke mitgetheilt sind, fehlt übrigens in allen mir bekannten ausgaben der Erasmischen briefsammlung. 2 Vgl. Amerbachs brief 27 Juni 1509; doch fehlen wohl zwischen diesem und unserem brief einige stücke. 3 tuæ] statt dessen hatte R. erst geschrieben: vestre.

formam, esset tamen admodum necesse tum propter græcam tum etiam hebraicam chaldaicamque linguam aliis quoque abundare, quod, arbitror, fieri posset, si apud te Basileæ essem, ubi præsertim sacram scripturam Græce melius copiosiusque invenirem. Unde mihi ingens incessit cupiditas visendi tui, idque cum Cyro ducali tabellario [1] verbis communicavi, sed accidit infirmitas [2] ictericiæ hactenus, quæ tamen, ut spero, functa est officio, taxans me ad futuras thermas. Quid multis? aperio tibi animum meum, quem antea cognovisti. Scis, me anxium propter erogatam impressori [3] meo pecuniam. Qua in re te peto curarę indemnitatem meam, nam lucra non peto. Rogo igitur tuam erga me humanitatem, ut vel emas vel vendas partem meam pro sola æquitate, ut possint et emptores lucrari et ego nihil perdere. Libri fuerunt numero 1500. Nescio quid supersit. Sed quicquid erit, accipe a me tres libros pro uno floreno; et credo mihi adhuc competere 700 libros de rudimentis Hebraicis. Ista sunt, quæ me turbant, fractura, si phas est dicere, fidelitatis et jactura patrimonii, a quibus si per te liberabor, faciam satis voluntati tuæ meo impendio et sine tuo damno. Veniamque ad te et Basileæ stabo sumptibus meis, non tuis, illustraboque S. Hieronymum nulla tui mercede mihi danda illustratione, qua nunquam a tempore vitæ suæ claruerat. Si vero deseras me in ista perfidia impressorum, non solum tibi, sed omnibus optimarum literarum studiosis damnorum occasio eris. Juro enim tibi, quod deceptus ego resistere non possim quin me tædeat aliquid scribere seu edere, quod sit arte impressoria dignum, quamvis sciam senium meum appropinquare, nec esse nunc in patria Germaniæ, qui de varietate doctrinarum mecum possit certare. Scripturum plura charta me deficit. Vale feliciter, dilectissime Amorbacchie [4]. Ex Tübingen 7 Kalendas apriles anno 1510.

Jo. Reuchlin Phorcensis LL. doc.

Basler universitätsbibl. handschr. G II 13a nro. 61 autograph.

*

1 Cyro] s. o. 26 Jan. 1507 nro. LXXXXVI. 2 infirmitas] vgl. Reuchlin s. 50 und oben nro. CXII. 3 impr.] Anshelm, wegen des drucks der Rudim. hebr. 4 In Amorbacchie hat R. am letzten buchstaben herumcorrigiert, doch sieht es nicht so aus, als ob er ihn ganz getilgt hätte.

CXV.

Tübingen. 19 März 1510.

Joannes Reuchlin Nicolao Ellenbog S.

Venerabilis Pater. Memoria teneo reverendi abbatis nostri et [1] tuum mandatum supra lingua illa sancta, quam Hebræi לשון הקודש appellant qui me hortabamini diligenter perquirere, ubi posset hebræus neophitus et in fide nostra initiatus haberi qui apud vos istic literarum hebraicarum pronuntiationem doceret. Laudo institutum vestrum et si par mecum vobis est animus, urgente veritate, confidebor tuae dignationi secretum meum.

Quoniam ita me Deus optimus maximus amet, post variarum lectionum experimenta nihil ex omnibus linguis quas didici plus me deo conjungit quam sacrarum literarum hebraica exercitatio. Semper enim legendo hebraice videor mihi videre deum ipsum loquentem, cum cogito eam esse linguam qua Deus et angeli commerita sua sint hominibus divinitus exequuti. Et sic horrore quodam et terrore concutior non sine quodam gaudio ineffabili talem meam admirationem vel stuporem potius sequente quod vere sapientiam nominavero de qua divinum illud fertur eloquium hebraice: רשאית דעת יראת ה' [2] i. e.: initium sapientiae timor Domini.

Ad vota igitur vestra commodum se obtulit Joannes [3] praesentium literarum ostensor qui relicto Judaismo ad nostram fidem conversus est et in paucis annis linguam nostram latinam posthabitis hebraicis perdidicit ita, ut in bacalaureum artium evaserit quod est studii non mediocris indicium. Cumque vellet Rhenum versus pergere, suasu meo commutavit animum, mihi obsequens, ut ad vos diverteret. Maximo ducitur amore ad consequendum sacerdotium. Est enim, ut mihi videtur, devotus et probus, quare sciscitanti mihi de suo apud vos salario respondit pecuniam non petere, sed reverendi domini abbatis gratiam, ut per te tuosque tandem promoveretur ad sacerdotium. Non erit igitur tuo monasterio gravis. Facito nutriri hominem et erudiri ad me-

*

1 et ausgel. l. vgl. oben nro. CI. 2 Spr. 1. 7. 3 Joannes] wahrscheinlich Joh. Kün; s. m. Ellenbog s. 13 a. 3.

liora propter deum. Impendite illi misericordiam vestram scilicet ἐλεημοσύνην τὴν ὀφειλομένην, cum alioquin de jure teneamini ad hospitalitatem, habebitis praeceptorem licet non valde doctum, tamen ad pronuntiandum sufficientem qui vestros monachos possit in primordiis linguae sanctae aptare formareque, ut saltem nostra rudimenta per vos ipsos tandem valeatis accipere, in eisque nullo praeceptore, sed proprio studio exercitari ad laudem et gloriam Dei et regis nostri יהושע.

Vale, mi Cubite, meque observandissimo mihi abbati tuo commenda cum omnibus tuis fratribus bonas artes amantibus. Ex Tübingen 3 post Judica anno 1510 [1].

Msc. Ellenbog lib. I, ep. 76. fol. 65b sq.

CXVI.

Strassburg. 14 April 1510.

Beatus Rhenanus Selistatinus an Reuchlin

schickt mit dank die geliehenen schriften Cusas zurück und bittet um aufklärung über ein itinerarium Antonini. Ex Argentorato 14 apr. die, a. 1510.

Gedruckt: 1 = C. v. e. g 5ab; 2 = J. v. e. i 3b; 3 = C. v. e. II fol. 53b fg.

CXVII.

Ottobeuren. 28 April 1510.

Frater Nicolaus Ellenbog Capnioni S. d.

חיים ושלום וכל טוב, humanissime integerrimeque vir. Redditae sunt mihi literae tuae suavissimae per Neophytum [2] quem dignatio tua ad nos direxit qui et per mensem apud nos fuit diligentissime mihi pronuntiationem hebraici sermonis tradens. Habeo autem ego tibi immortales gratias, doctissime vir, qui pro tua bonitate et numquam satis laudando erga bonas literas affectu inter occupationes tuas infinitas mei haud immemor fueris, sed quem dudum conceperam ad לשון הקודש affectum adjuvare vel studiosissime non cessas. Deus opt. max. me operam perdas faciat precor.

*

1 Unter dem brief steht, soweit sich die schnörkel des im griechischen und hebräischen unkundigen schreibers entziffern lassen: εἰς την χειρα αυτου, ליד אהובי. 2 Johannes s. o. nro. CXV.

Quod scribis, optime vir, te multum affici legendis hebraicis literis, nihil est quod mireris. Inest sane eis ἐνέργεια quaedam ad movendum legentis animum. Et, ut inquit Apostolus, vivus est sermo Dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti. Porro non solum efficax, sed et lectu jucundus. Hinc et illud Davidis: ὡς [1] γλυκέα τῷ λαρύγγί μου τὰ λόγια σου ὑπὲρ μέλι τῷ στόματι μου. Ezechiel quoque commedens המגלה suavitatem eloquiorum Dei indicans ait ותהי [2] בפי כדבש למתוק. Ego vero nihil tale hactenus in me sensi, adeo mihi cornea fibra est. Deus opt. max. faciat, ut tandem formetur cor meum ad praecepta ejus, ut nihil dulcius ducam quam meditari in lege ejus die ac nocte [3].

Referam tibi studii mei difficultatem. Solet idem mihi nunc contingere quod et gloriosissimo Hieronymo qui ut de se ipso testatur, quum stridentia illa et anhelantia verba sonare non posset. Saepe desperans destitit et studium intercepit, rursumque contentione discendi operam navavit. Quod etsi hujusmodi fluctibus quatiar, nec unquam ad unguem hebraicum sermonem sonare posse confidam, quippe qui crassioris sim linguae, magnifariam tamen quantulumcunque etiam profecero. Solatur me illud Flacci: [4]

> Non possis oculo quantum contendere lynceus,
> Non tamen iccirco contemnas lippas inungi,
> Est quodam prodire tenus, si non datur ultra.

Abba noster dignissimus optat te bene valere. Vale fœlix, literatorum monarcha. Ex Ottenpurra 4 Kl. Majas 1510.

Msc. Ellenbog lib. I, epist. 77 fol. 66b sq.

CXVIII.

Stuttgart. **12 Juli 1510.**

Maister Hannsen Ammerbach, dem buchtrücker zu Basel, minem lieben und gutten fründ inn sin hanndt. [Jo. Reuchlin] S. D. P.

Amice quam observandissime. Ecclesiae nostrae custos [5] patefecit mihi mentem tuam de acceptandis libris meis, tuo

*

1 ὡς] Ps. 119 (vulg. 118), 103. 2 Ezech. 3, 3. 3 Vgl. Psalm 1, 2. 4 Hor. Epp. I. 1, 28 fg. 5 Naukler?

nomine dicens, quod secundum extimationem in anterioribus literis meis contentam velis a me libros ex empto recipere, preciumque tradere in pecunia parata per cancellariam nostram ducalem. Iccirco quantumvis etiam de sorte perdam, tamen, quia sic evadam fraudes sociales, gaudeo plurimum, ne mihi funditus pereundum sit. Qua propter cum nihil in negocio [1] tuo frugi facere possimus, nisi apud te sim, unde custos dixit te ad me aliquo diversurum, ut una essemus. Quod et ipsum nil sufficeret propter absentiam librorum graecorum, quibus usuri sumus, ego faventibus superis ad te brevi venturus sum, scilicet intra 15 dies, quando nunc feriae judiciorum [2] instabunt, et dabitur vacatio, ut vix commodius seu potius liberius ad te toto anno valeam accedere. Et nunc accessissem, si non me detineret aliquantula aegritudo. Caput stillat, dolet pectus, cruciat tussis, movetur humor dysentericus. Sed haec omnia spero propediem recessura. Tunc veniam, veniam, Deo O. M. volente. Haec raptim ad te scripsi, ne esses nescius. Vale. Ex Stutgardia 4 idus quintiles anno 1510.

Joannes Reuchlin Phorcensis LL. doc. et Sueviae triumvir.

Expecta hospitem non edacem.

Basler universitätsbibl. handschr. G II 13a nro. 62 autograph.

CXIX.

Padua. **25 Juli 1510.**

Georgius Nuttel an Reuchlin

dankt für seinen brief, theilt mit, dass er bei Jason de Mayno [3] eifrig studire und trotz der kriegerischen unruhen seine studien fortsetzen wolle und bittet, den Sebastian Welling zu veranlassen, seinen sohn für den winter nach Italien zu schicken. Ex Pavia 25 Juli, anno 1510.

Gedruckt: 1 = C. v. e. e 8a fa; 2 = J. v. e. g 2; 3 = C. v. v. II fol. 39a fg.

*

1 neg.] Die ausgabe des Hieronymus. 2 judic.] Des schwäbischen bundesgerichts oder des Stuttgarter hofgerichts. 3 Vgl. Jo. Fichardus: Vitæ recentiorum Jureconsultorum.. Patavii MDLXV. fol. D 3a. und Savigny, gesch. des röm. rechts in ma. bes. bd. VI.

CXX.

Füssen. 26 Juli 1510.

Maximilian I an Hochstraten, die 4 universitäten, Victor v. Carben und Reuchlin [1].

Die adressaten werden beauftragt, ein gutachten über die duldung der judenbücher abzugeben. Geben zu Füsten am 26 des monats Juli 1510.

Gedruckt: deutsch 1 = Reuchlins augenspiegel (Böcking l. c. s. 76) A 2b; 2 = Weislinger Huttenus delarvatus s. 27 bis 29; 3 = v. d. Hardt, Historia literaria reformationis, fol. 17b fg.; 4 Mayerhoff, Reuchlins augenspiegel, Berlin 1817 s. 9 fg.; lat. = handschr. Stuttg. arch. (rubrik-ordensleute).

CXXI.

Aschaffenburg. 12 Aug. 1510.

Erzbischof Uriel von Mainz [2] an Reuchlin

commission und befehl, seinen rathschlag wegen der judenbücher zu ertheilen. Montags nach Laurenti. Anno decimo.

Gedruckt: deutsch 1 = Reuchlins augenspiegel a. 3a; 2 = Weislinger, Huttenus delarvatus, s. 29 fg.; 3 = v. d. Hardt, Hist. lit. fol. 18; 4 = Mayerhoff, Reuchlins augenspiegel s. 10 fg.; lat. = handschr. Stuttg. arch. (rubrik „ordensleute“).

CXXII.

Stuttgart. 6 Okt. 1510.

Reuchlin an den erzbischof von Mainz

rathschlag, ob man den juden alle ire bücher nemmen, abthun und verbrennen soll.

*

1 Da diese sammlung nicht bestimmt ist, eine urkundensammlung für den ganzen Reuchlinschen streit zu bieten, so sind nur diejenigen aktenstücke aufgenommen, welche direkt an Reuchlin gerichtet sind. Die übrigen zu verzeichnen schien schon desshalb unnöthig, weil Böcking in seinem Conspectus chronologicus scriptorum gestorumque quæ præcipue ad causam Reuchlinianam .. pertinent (Suppl. ad Hutt. Opp. vol II, s. 117 ff.), und ich selbst in meinem Reuchlin genaue angabe über druckort und inhalt aller hieher gehörigen schriftstücke gemacht habe. 2 Vgl. Reuchlin s. 219 und die dort angeführten stellen.

Gedruckt: 1 = Reuchlins augenspiegel; B... E; 2 = v. d. Hardt, fol. 20 bis 34; 3 = Mayerhoff s. 18 bis 74.

CXXIII.

Stuttgart. 20 Nov. 1510.

Maister Hannsen Ammerbach burger zu Basel unnd buchtrucker minem lieben unnd gutten früund [Jo. Reuchlin] S. D. P. [1]

Data opera mi Amorbacchi, tandem ecce tibi Ezechielem [2] et Graece et Hebraice castigatum inter tot Scyllas atqūe Charybdeis e naufragio lege Rhodia salvum mitto, daturūs cætera, dum per saecularia negocia tam triūmviratus nostri qūam ducalis imperii licebit. Tantus autem erga te mihi est animus, ut facile omneis omniaque ante qūam te relinqūerem. Nihil addi ad nostram amiciciam potest, ita amamūs inter nos, sic pure, ūt si pūeri simūs. Quamquam et illud Aristophanis in nephelis vere de nobis dici queat ὡς δὶς παῖδες οἱ γέροντες. Vidimus igitur s. Hieronymūm in genesi Graece et Hebraice, in prophetis 12 minoribus Graece, in Salomonis voluminibus, in Danielis dimidio, in toto Isaia, in Ezechiele integro Graece et Hebraice; superest ex commentariis Hieremias solus et dimidiatus Daniel cum caeterorum Hebraico. Nam parvi laboris, ut arbitror, psalterium erit. Qua propter oro, ut ad me scribas, quae sit cogitationis tuae institutio et quonam ordine cuncta velis imprimere. Sic libros tibi singulos commodius suppeditabo. Hirsaugiam accessi nec illic inventus est ullus, nisi quem ad te nunc mitto Ezechielem. In Esselingen nihil reperi, in Bebenhusen fui, non in rem, scilicet absentibus librorum praefectis, sed redibo actutum. Tu me facito certiorem de societate vestra triumvirali, perfectane sit, an non [3]. De nuptiis quoque Joannis nostri Sedi-

*

1 Zwischen diesem und dem briefe vom 12 Juli (oben nro. CXVIII) liegt ein, nur aus unserem briefe zu erschliessender, und durch den brief vom 31 August 1512 beglaubigter 14tägiger aufenthalt Reuchlins in Basel. 2 Ez.] bezieht sich auf die ausg. des Hieronymus. 3 Die Societas triumviralis ist ohne zweifel die verbindung des Johannes Amerbach, des Joh. Froben und Joh. Petri, die übrigens schon vor der zeit dieses briefes

liensis [1] quid actum sit, scire velim. Et in calce id te oro, quod erit mihi accuratissimum, ut huic Cyro ducali angelo tuam apocham sive quietantiam commendes de aureis videlicet ducentis pro sexingentis voluminibus [2], quæ post accepta apud sororem [3] in Phorce tuo nomine deposui. Eos aureos nummulario cuidam in diem addixi. Quare præsto sis et ad manum futurus. Salutem dic, obsecro, jussu meo uxori liberisque tuis et omnibus, qui te meque amant. Feliciter vale. Ex Stutgardia 12 Kalendas Decembres anno 1510.

Jo. Reuchlin, Phorcensis LL. doc.

Aus: Basler universitätsbibl. handschr. G II 13[a] nro. 63 autograph.

CXXIV.

Stuttgart. 1 Dec. 1510.

Magistro Joanni Amorbacchio civi et impressori Basiliensi amico suo præcipuo [Jo. Reuchlin] S. D. P.

Ex literis tuis [4] mihi jocundissimis (omnia enim tua mihi amœna videntur) accepi te cupere, ut frater Joannes Cono [5] græce admodum doctus et latine apud vos Basileæ futurus esset in oneris tui sublevamen. Qua in re mecum sentis. Quare et laboravi et laborabo, ut illic moretur, quod ipse tibi exponet. De cæteris credo te per Cyrum esse certiorem. Essetque in rem tuam futurum, ut ordinem librorum s. Hieronymi, quo ipsum impressurus es, ad me mitteres, ne frustra

*

dieses briefes bestanden hatte, damals aber vielleicht durch einen neuen vertrag geregelt wurde. (Mittheilung von prof. W. Vischer in Basel.)

1 Joh. Sedel.] Gemeint ist Joh. Froben, so genannt nach dem hause zum Sessel in Basel, das, zwar damals noch im besitze von Joh. Amerbach, nach dessen tode von Froben übernommen wurde. Dieser heirathete 1510 seine zweite frau, die Gertrud Lachner (sein sohn Hieronymus war schon 1501 geboren), wie aus der angabe des liber benefactorum zu ersehen ist, dass Fr. 1 gulden für eine Pitanz gestiftet habe „quando celebravit nupcias anno 1510." Danach ist Stockmeyer und Reber: beiträge zur Basler buchdruckergeschichte s. 86 zu berichtigen. (Mittheilung von prof. W. Vischer in Basel.) 2 Sex. volum.] Der Rudim. hebr. s. o. 26 März 1510 nro. CXIV. 3 Elisabeth Reuter s. Lamey a. a. o. s. 76 u. 93. 4 Amerbachs brief ist nicht erhalten. 5 Cono] s. o. Sept. 1499, nro. LXVII.

quotidie conatus nunquam feriarer. Scis magni esse laboris et multorum dierum castigare ac emendare, quod sparsim latet, Sybillaque interprete quandoque opus esset. Tu fac, quod decet, et ego faciam, quod oportet. Nosti quid velim. Vale. Ex Stutgardia Kalendis Decembribus 1510.

Jo. Reuchlin, Phorcensis ll. doc.

Aus: Basler universitätsbibl. handschr. G II 13ª nro. 64 (abschrift des Basilius Amerbach, enkels des Johannes).

CXXV.

Stuttgart. 6 Apr. 1511.

Maister Johannsen Ammerbach buchtrücker unnd burger zu Basel minem lieben herrn unnd gutten fründ inn sin handt [Jo. Reuchlin] S. D. P.

Quod ante in græco emendavimus, id jam cernis et in hebraica lingua completum; mitto enim prophetas minores 12 et Isaiam, qui prius Ezechielem ad te misi [1]. Habes igitur libros S. Hieronymi per me castigatos tam græce quam hebraice: super genesim, super 12 prophetas, super Isaiam, super Ezechielem; parum restat de Daniele. Quod si uspiam circa nos antiquum aliquem Hieronymi codicem super Jeremiam hactenus invenire potuissem, etiam illum jam haberes absolutum; sed interea putavi me opere [2] precium esse facturum, si opus epistolare aggrederer, quod ad me tanta cura dedisti. Quamvis nec ejusdem habeam vetus exemplar, cœpi vires exercere ingenii et tanto labore tantoque conatu vix primam ejus partem, quæ aliarum tamen est omnium castigatu facillima, sine duce consumavi, ut jam desperandum mihi sit de reliquis posse absque vetustis exemplaribus ullum consequi honorem. Quapropter, ut tuæ morem geram voluntati, postquam convaluero, — jam enim in obsequio tuo ter langui et ad hoc tempus tertio illo languore discrucior, postquam autem convaluero, statui mecum cum eis alpes et antra disquirere. Crede mihi, inceptis tuis haud deero, et a boni viri officio me non dimovebunt invectivæ tuæ, quas scio non ex hostili, sed bono corde procedere. Ita com-

*

1 Misi] s. o. 20 Nov. 1510 nro. CXXIII. 2 Opere] das original hat oprere.

mittam, adjuvante Deo, ut desiderare non habeas necesse fidem meam. Sed cum tempore tamen. Habenda enim est ratio triumviratus mei [1], ponenda præ oculis imbecillitas mea, qui raræ texturæ homuncio sum. Esto tu ex lapide per Deucalionem, ego ex molli luto per Adamum ortus; utriusque dispar conditio. Noli vires meas metiri tuis, διάμετρος, ἀσύμμετρος. Caput tuum duros labores eosque multos perferre potest, at mea delicata sunt studia. O utinam Bruno [2] saltem noster adjumento mihi assideret. Nunc solus immurmuro, nec tamen negligenter profecto. Scio, ad quid me obligent antidora. Cæterum inter visendum vicina monasteria inveni Bebenhusen Hieronymum in epistolam ad Romanos, Origenis 15 libros ad quinque redigentem. Scribit enim ad Heraclium sic: Addis autem ne quid laboribus meis desit, ut omne hoc quindecim voluminum corpus, quod græcus sermo ad quadraginta fere aut eo amplius milia versuum produxit, abbreviem et ad media, si fieri postest, spacia coartem etc. Aggrediar igitur etc. Hoc ille. Folia habet 84. Reperi et in eodem monasterio de ortu, vita, doctrina, morte ac miraculis s. Hieronymi excerpta ex Hieronymiano Joannis Andreæ [3], item bullam de confirmatione ordinis s. Hieronymi, omnia ferme foliorum quadraginta, item aureolam ex suavissimis salutiferisque floribus s. Hieronymi, ubi sunt collectæ omnes bonæ sententiæ ex libris ejus, et sunt folia 29. Nihil eorum etiam præstita quacumque cautione exhibebitur. Si tu vero jusseris, quæram amanuensem aliquem, qui precio accepto exscribat quodcunque illorum voles. Et sunt tamen ejuscemodi scriptores perquam rari. Quid tibi sedeat animo, velim certiorem me facias. Feliciter vale. Ex Stutgardia 8 idus apriles anno 1511.

Jo. Reuchlin Phorcensis LL. doctor.

Aus: Basler universitätsbibl. handschr. G II 13ª nro. 65 autograph.

*

1 Des amts als schwäbischer bundesrichter. 2 Bruno] sohn Johanns war 1506 in Paris magister geworden und hatte sich noch bis 1508 daselbst aufgehalten, um 1508 bei Franziskus Tissardus griechisch zu lernen. Basler beitr. z. vaterl. gesch. 1843, II. s. 178. 3 Joh. Andrea, bischof v. Aleria in Corsica, nach seinem familiennamen Bussi oder Bossi, der im auftrage des papstes Paul II u. a. die briefe des Hieronymus herausgibt. Vgl. Ersch u. Gruber, encyklopädie I, 4, s. 31.

CXXV[a].

Esslingen [1]. 10 Apr. 1511.

Joannes Reuchlin Phorcensis Nicolao Ellenbog S. d.

Accedit ad te præsentiarum mearum literarum bajulus hortatu meo Judæus et genere et doctrina quem tibi præficio hebraicarum literarum doctorem si velis et quantum velis. Quod si opera tua opus fuerit, utere. Nec contemnendum putes, quod nondum conversus ad nostram fidem est, tanto enim humanius a nobis tractandus fuerit, ut, nostris moribus et operibus bonis inductus, alliciatur ad se præparandum deo habitandum. Poterit igitur te tuosque fratres docere quanto tempore voles haud multis expensis et pene nullo cum onere. Vale ex Esselingen 4 idus Aprilis.

Rogo te vero, ut si eo uti nolueris, nihilominus tamen digneris ei aliquantulum peculii nomine viatici humaniter elargiri, ut itineris ad te labor compensetur.

Msc. Ellenbog lib. II, epist. 1. fol. 89.

CXXVI.

Ottobeuren. 29 Aug. 1511.

Frater Nicolaus Ellenbog Joanni Reuchlin S. d.

Constitui te, virorum humanissime doctissimeque, jam dudum debitorem meum. Si quæris quando? habeo ego semper memoriam tui dum facio missam. Quod si ergo nonnihil a te petiero te dignum et mihi admodum gratum, jure denegare non valebis. Quod autem a te peto tale est.

Scribis in secundo libro de verbo mirifico [2] de scala Jacob et septuaginta duobus gradibus ejus et totidem angelis ascendentibus et descendentibus scalam. Velim itaque et quantum possum te rogo et obsecro, ut 72 signacula quæ ex 72 versibus psalterii colliguntur mihi assignes. Hoc si feceris rem mihi admodum gratam facies. Nec item inerti et pigro talento hoc te traditurum putato. Dabo enim operam, ut nedum illud non suffodiam, sed ut cum fœnore illud reddam. Cupio

*

1 R. befand sich hier vermuthlich in forschungen nach handschriften des Hieronymus, s. o. nro. CXXIII. Dass Reuchlin noch in demselben monat nach Reutlingen zum kaiser reiste, ist Reuchlin s. 246 fg. gezeigt. 2 De v. m. (ed. 1514 e 6 fg); für das im text folgende das. f 5[a] und de a. c. fol. LIX ff.

etiam certior fieri quisnam ille sit, qui primus 72 hæc signacula adinvenit. Exaravi autem versus psalterii apicibus hebraicis, ut characteres, quos, si istic coram essem, digito monstraturus eras, absenti saltem rubrica consignes. In margine denique circa singulos versus signaculum ipsum cum punctis sive vocibus describere ne pigriteris. Non addidi ego literis meis voces, tum quia temporis brevitas longiorem in scribendo me esse non patiebatur, tum quia aeque, sive punctis seu vocibus atque signis jungerentur, hebraicas literas legere calles.

Absit enim, ut eam de te habeam opinionem quam acerrimus ille Pfefferkorn [1], cujus ego in te virum omnifariam doctissimum, hebraicæque linguæ expertissimum calumnias [2] dolenti animo legi. Circumferunter ubique ejus in te scripta et multi multa loquuntur. Nihil autem gravius fero quam te non posse pro dignitate defensare, nec detractores tuos quantum cupio repercutere posse. Quare ex re tua esse crediderim, si libellum quem ad nobilem quemdam [3] et ingenuum virum scripsisti ad me dederis. Insuper et apologeticum [4] si quem edidisti, ut habeam, quod obtrectatoribus tuis respondeam. Ita enim me Deus amet, ut tuam laudem, tuum honorem prædicare et amplificare studeo. Nititur enim Pfefferkorn nomen tuum et laudem obfuscare et extinguere, sed [5] . . . Si enim Phœbo lumen et splendor adimi potest, et tibi quoque gloria, quam tum ex aliis plurimis tuis ornatissimis operibus, tum vel maxime ex rudimentis tuis hebraicis consecutus es, interire poterit. Ex tuis inquam, non ex cujusvis alterius [6], ut Pfefferkorn blaterat. Qui enim non sit tuus liber quem tanto studio, tot vigiliis et lucubrationibus confecisti?

Est sane tuus liber quem magno temporis stipendio et

*

1 Vgl. über Pfefferkorn, der in der briefsammlung jezt zum ersten male begegnet, meine abhandlungen in: jüdische zeitschr. für wiss. u. leben, bd. VII; archiv f. Frankfurts geschichte und kunst 1869; Reuchlin, 3. buch. 2 Pfefferkorns schrift: handspiegel, Reuchlin s. 243 ff. 3. Mission an einen junkherrn Pforzheim 1505 oben nro. LXXXXIII. 4 Apologeticum] der augenspiegel erschien erst einige wochen später herbstmesse 1511. 5 In der hdschr. folgt das unverständliche: sed litus arat. 6 S. über diesen vorwurf: Reuchlin s. 244 u. 252 fg.

studio indefesso congessisti. Placeant licet sibi multum Hebræi omnes, non tamen unquam tale opus perficient, tam latinum et elegans, tanta denique varietate distinctum, tanta majestate fulgens, quod non Latinis modo, sed et Græcis expetendum sit plurimum. Et si verum dicere licet, tam meritus es, hoc vel unico opere apud omnes sacris literis vacantes, ut licet, quamlibet multum tibi rependeant, par tamen reddant numquam. Debitores constituisti tuos omnes qui divinarum literarum abstrusa propius intueri volunt, debitores inquam tuos constituisti et tibi obnoxios, non detractores. Valeant ergo qui tam elegans, tam utile et præclarum ac divinum opus aut calumniantur, aut tibi auctori eripere nituntur.

At dicet Pfefferkorn te illud mutuasse ab Hebræis. O lepidum caput. Nunquid nobis sunt scientiæ congenitæ? Quis unquam literatus evasit sine præceptore, sine literis? Si nihil censendum est nostrum quod ab aliis accepimus, proprii habebimus nihil. Nihil enim in hunc mundum intulimus. Et, ne ad extranea transeamus, si eruditio quam ab aliis accepimus, nostra non est, jam Peripatheticorum principi Aristoteli laus omnis erepta est. Quod enim ille scripsit, ex aliis sumpsit, maxime autem a Platone quo usus est præceptore. Et rursum Plato a Socrate. Nunquid ergo Plato honore suo privatur, quia ea scripsit quæ a Socrate accepit? Absit.

Non legit Pfefferkorn illud Horatianum [1]

Publica materies privati juris erit si
Non circa vilem patulumque morabitur orbem.

Esto itaque ab Hebræis didiceris hebræum acceperisque materiam de qua scripturus eras, nunquid etiam inventionem, dispositionem, exornationem et alia id genus? Sed de hoc satis.

Cæterum non satis intelligo compositionem hujus dictionis: Semhammaphoras. Fac itaque si me amas et de hoc me certiorem reddas. Vale fœlix. Salutat te abbas noster. Ex Ottenpyrra tertio Kl. Septembres 1511.

Msc. Ellenb. lib. II, epist. 9. fol. 103ª bis 104ᵇ.

*

1 Ars poetica 132.

CXXVII.

Stuttgart. 30 Sept. 1511.

Joannes Reuchlin LL. doctor Nicolao Ellenbog S. d.

Quamvis obrutus pœne magnitudine negotiorum, tamen amicissimo tibi non respondere non potui. Facit hoc ingensamoris erga te mei rogus quo æstuo. Sed dabis veniam calamo quem in tanta festinatione elegantius parare non potui. Ad hebraicas literas conscribendas minio carui quo rubricatas tibi literas ostenderem, significavi התכין חושדין duabus virgulis quemlibet characterem quem tu posthac minio colore sive aureo, si voles, describas. Sic in margine ternos characteres angelorum signicula sive sigilla rite addidi eo ordine quo reponi debent. Nec est de causa quærendum, sed antiquitati credendum. Quod vero primus versus bibliæ in antepenultimo loco inseritur, non caret mysterio. Appropinquat enim summæ trinitati et incipit co mplere totum psalterium nosque in fruitionem reducere qui finis psalmorum est. De quo plura dicenda essent, sed in aliud et otiosius tempus reservabitur. Hoc unum vero tu non consyderasti, quod omnes versus in se continent nomen tetragrammaton, hoc solo dempto qui pro . . habet אלהים.

Quod doles de vilissimi hominis [1] contra me commisso facinore per libellum famosum universae Germaniae divulgatum facis tu quidem pro humanitate tua quod amicissimum decet. Sed sicut honor juxta Aristotelem est in honorante, ita infamia est in infamante. Gratias ago Deo nostro quod dignus visus sim qui pro nomine suo, id est veritate, opprobria feram. Persequuntur me maligni, persecuti sunt et dominum meum quem priorem odio habuerunt. Crede mihi, magna mihi lætitia est, quod maledicant mihi homines et dicant malum adversum me mentientes, sic enim persecuti sunt prophetas. Quod autem mentiantur apertissimis mendaciis, est videre in apologia mea [2] quam cum praesentibus tibi mitto ex qua sumes argumentum defendendi mei. Libellum diffamatorum mittere nequeo quem solum et unicum habeo, spero tamen te antea habuisse. Epistolam meam nobili cuidam scriptam non

*

1 Pfefferkorn. 2 Augenspiegel s. Reuchlin S. 248 ff.

habeo nisi unicam qua carere non possum, acquires fortasse postea.

Libenter ad te plura scriberem, sed ingruit nox et tabellarius abit. Nunc vale et fac, ut te sentiam cum multis aliis bonis viris propugnatorem honoris mei. Salutem dicito abbati reverendo meque illi commenda plurimum. Pridie Kl. Octobris 1511. Stutgardiæ.

Msc. Ellenb. lib. II, epist. 11. fol. 105.

CXXVIII.

Nürnberg. 1 Oct. 1511.

Bilibaldus Pyrkaimer [1] an Reuchlin

schickt durch den überbringer, einen verwandten und nicht ungebildeten mann, grüsse und ermunterungen, bei dem angriffe der gegner nicht den muth zu verlieren. Memento solummodo vitia invidentiæ esse expertia, virtutes verò semper fuisse et esse invidiæ sycophantiis ac aemulationibus obnoxias. Bittet um antwort. Ex Nuremberga, Cal. Octobribus, a. 1511.

Gedruckt: 1 = C. v. e. h[a]; 2 = J. v. e. k 3[a]; 3 = C. v. e. II fol. 39[b] fg.

CXXIX.

Steinheim. 26 Oct. 1511.

Udalricus confessor in Stainheim, ordinis Prædicatorum, Joanni Reuchlin professori jurium profundissimo cum sui commendatione utriusque hominis salutem.

Egregie ac colendissime doctor, descendendo nuper Coloniam ut audivistis, veniens Moguntiam, intellexi ibi quosdam Colonienses fuisse theologos, qui satis contemptibiliter locuti fuerant de scriptis dominationis vestræ contra Pfefferkorn [2]. Cum vero Coloniæ essem, et facultas theologica, ut moris

*

1 Vgl. bes. Bilibaldi Pirckheimeri opera ed. Goldast Fft. 1610 und K. Hagen, Dtschld. rel. und lit. Verh. im Refz. A. I. Band. 2 Den Augenspiegel.

est, in principio cujusdam Baccalarii in conventu prandium sumpsisset, dicebatur quomodo libellus D. V. [1] actu traditus esset per facultatem Doctori de Tungaris [2], qui jam principalis reputatur inter seculares, ut examinaret, sicut et facit. Sunt diversæ sententiæ, ut audivi, quidam, quia libellus comburetur, quidam, quia autor inquiretur, alii aliter etc. Scripsi alias ex Moguntia procuratrici,[3] ut Dn. V. avisatam redderet, sicut credo fecit. Non dubito ista ut scribo bono animo accipietis. Commendo me dominationi vestræ et conventum hunc sicut patri et fidelissimo tutori ac amico. Curate, mi doctor, ut bene valeatis. Ex Stainheim quinta post Ursulæ. Anno MDXI.

Gedruckt: 1 = J. v. e. p. 2ª.

CXXX.

Stuttgart. 28 Oct. 1511.

Egregio viro et excellentissimo sacræ theologiæ doctori domino N. de Tungaris in splendidissima Coloniensi universitate cathedram sanctissimarum scripturarum tenenti domino suo quam observandissimo [Johannes Reuchlin] S. D. P.[4]

Egregia tua virtus et sapientia, excellentissime doctor, qua in tam illustri omnium bonarum doctrinarum universitate ut sol astris, sic tu optimus quibusque præstas, id merito tuo fecit [5], quod nuper defensionis meæ contra libellum quendam famosum adversus me turpiter editum censor, ut audio, a reverendo clarissimorum theologorum collegio sis datus. Quo plane gaudeo te mihi talem tantumque contigisse, qui posses [6] compati humanis infirmitatibus, virum tam doctum, tam peritum, et forte in vita multis quoque mortalium periculis temptatum [7]. Ubi pro tua exuberanti perspicacia videbis,

*

1 Dominationis vestræ. 2 Arnold v. Tungern, vgl. Böcking suppl. II, p. 490. 3 Wer diese beschützerin Reuchlins ist, weiß ich nicht. 4 Ohne aufschrift 1. Joannes Reuchlin Phorcensis LL. doc. egregio sacræ theologiæ doctori de Tungaris S. D. P. 2. 5 Facit 1. mee und durchgängig e für ae 1. 6 Possis 2. 7 Mortalium ausgelassen 2 tentatum 2.

me non mea temeritate ulla in hanc Charybdim, in hæc malæ fortunæ involucra, in hos Scyllæos scopulos impegisse, sed mandato Imperatoris et Archiepiscopi præceptis [1] paruisse, ut celere quid de cremandis Judæorum libris sentirem obsignato fideliterque transmisso consilio cum nemine antea [2] communicato patefacerem. Nam excellentiæ tuæ, Doctor eximie, ita me Deus adjuvet, recte juravero, mihi tum, cum essem in dictando, nullius universitatis venisse in mentem, nullum me cogitasse hominum, nullum consiliorum collegam, quamvis in commissione nominatim alios quoque [3] deprehenderim quibus par negocium fuisset imperatum. Atqui festinatione laboris imprudens ego, non quid alii dictaturi essent, sed tantum quid ipse afferrem in medium consideravi.

Quare per Deum immortalem [4], nullius docti hominis contemptu ea scripsi, tantumque abest, ut elatione fastu livore, aut erga quosvis literatos tumore animi in his scriptis usus sim, ut etiam nemo de me veraciter proferre queat me quibus vixi quinquaginta sex annis [5], ullo unquam tempore scientiarum peritos neglexisse. Sed omni ego disciplinæ semper honorem detuli, maxime autem sacratissimæ theologiæ, ita ut novissime [6] in illius profectum, utilitatem atque laudem hebræorum linguam in latinas regulas, opus antea inauditum, redegerim, ejusque dictionarium construxerim, labore meo plenissimum, cum nonnullo [7] rei meæ familiaris impendio et jactura, tantum me movit sacrarum literarum insignis excellentia, et ejusdem discipulorum honor et decus.

Id scribo, ut nemo me arbitretur illustre illud et splendidissimum gymnasium vestrum contempsisse, qui adhuc nesciam, quale vos consilium [8] dederitis. Potuit autem fieri, ut cum de cremandis Judæorum libris nullam legem, nullum canonem, nullum decretum publicum, nullam universalis ecclesiæ determina-

*

1 V. 26 Juli u. 12 Aug. 1510, nro. CXX u. CXXI. 2 Antea ausg. 2. 3 Nämlich Hochstraten u. Viktor v. Karben. 4 Consyderavi 2 in mortalem 1. 5 Nach annis: et supra 2. Gewiss eine hinzuthat bei der herausgabe der epp. ill. vir, die aber nicht passt, R. wurde 1455 geboren — tanquam für unquam 2. 6 Novissime] 1506 s. den widmungsbrief an den bruder Dionysius oben nro. LXXXXV. 7 Magno für nonnullo 2. 8 Über den rathschlag der Cölner fakultät vgl. Reuchlin s. 235 fg.

tionem particulari modo specifice latam vidissem, tum ego [1] rem omnem tanquam dubitabilem tractare topico rhetorum more ad persuadendum apto instituissem. Ubi omnis animi motus pro argumento fuit, sive causaret quantamlibet suspicionem, seu violentam vehementemve [2] præsumptionem, aut certe necessariam probationem, ut in deliberativo dicendi genere fieri [3] consuevit. In ipsis autem argumentis [4] fortasse digressus sum paulo amplius quam oportere quibusdam videatur.

Et, ut me peregrinorum cohors [5] istac transeuntium certiorem facit, ego multis in civitate vestra calumniis insimulor, quas Pepericornus et Peperiphrones mihi nullis meis commeritis præcedentibus circumquaque cursitantes struunt. Accedit ad hoc, quod quidam [6] spectatissimi theologiæ candidati fortassis ægre ferre possent, me qui sacrarum literarum discipulus nunquam fuerim, hominem scilicet ejus scientiæ ignarum, autoritates inseruisse divinas, et sanctorum Patrum testimonia a me non bene, ut ajunt, intellecta.

Egregie et excellentissime doctor et observandissime domine, adducta per me cernes theologica, sicut rusticorum sacerdos in sermonibus medicinam allegare posset. Fateor enim: in scholis theologiam non [7] didici, sed civiles leges, quare vestram disputandi rationem ignoro [8]. Est autem nihilominus mihi pura conscientia, quod voluntas mea non avertatur a Christo qui est caput ecclesiæ. Quicquid igitur sancta ecclesia quæ est columna et firmamentum veritatis credit, et qualitercumque credit idem ego et taliter credo. Et sicut ipsa exponit sacram scripturam, ita ego exponendam censeo atque confiteor. Et si usquam [9] aliter exposuissem, quam patiatur intellectus ecclesiæ, quod tamen fecisse me non memini, ego pro nunc sicut pro tunc et tunc sicut pro nunc illud corrigere ac emendare paratus sum, et stare omnino determinationi ecclesiæ, ut integritatem in me suam [10] fides incontaminata custodiat. Oro igitur, præstantissime doctor, ut, si quen-

*

1 Ego ipse 2. 2 Vehementem violentamve 2. 3 Fieri ausgelassen 2. 4 Die argumenta quæ possunt scholastice in contrarium objici: augenspiegel XXI bis XXXII[a] 5 Istac transeuntium cohors 2. 6 Spectatissimi quidam 2. 7 Nunquam 2. 8 Quare datur . . . ignorare 2. 9 Ullo tempore 2. 10 Suam ausgelassen 2.

quam scriptis meis læsisse tibi videar, si mea facilitas ullum hominem male offenderit, facias me per humanissimæ benignitatis tuæ [1] indulgentissimas literas certiorem. Habendo in me patientiam et omnia reddam tibi. Jubeas velim et monitus recondam gladium, cantet mihi gallus et flebo, prius tones antequam fulmines. Sic enim natura constituit, ut ignis præmoneat crepitu, antequam exurat; ruina fragore antequam supprimat, terra motu antequam absorbeat, ut talibus minis omnia sibi animantia possint a damno cavere. Valeas fœliciter [2] opto, perquam colendissime doctor, et magnificæ facultati theologiæ [3] quanta potes diligentia me obsecro commendes, in [4] meliorem partem omnia et benigniorem interpretando. Datum peregre, cum forte fortuna tabellarius quidam contigisset [5] accinctus itineri. Vale V. Cal. Novemb. Anno 1511 [6].

Gedruckt: 1a = Pfefferkorns beschyrmung (s. Böcking a. a. o. p. 88) G. 3 G. 4a, 1b = Pepericorni defensio (s. B. p. 89) p. 115 bis 117; 2 = J. v. e. p. 2a fg.; 3 = Majus, p. 321 bis 325; 4 = Bulæus, historia universitatis Parisiensis VI, p. 48 fg. [7]

CXXXI.

Stuttgart. (28 Oct. 1511.)

Joannes Reuchlin Phorcensis, LL. Doctor egregio sacræ Theologiæ professori Conrado Kollin [8] ordinis Prædicatorum Coloniæ s. d. p.

Hucusque a tempore, quo nosse inter nos cœpimus, egregie

*

1 Tuo für tuæ 1. 2 Opto fœliciter 2. 3 Theologicæ me 2. 4 Omnia mea in 2. 5 Accinctus itinere obtigisset 2. 6 Vale hinzugefügt V u. anno ausgel. 2. 7 Auf diesen brief bezieht sich Mutians schreiben an Urban o. d.: Tentzel suppl. hist. goth. s. 134, das einige worte des briefes mittheilt. 8 Conrad Collin geb. zu Ulm c. 1480, kommt 1497 ins dominikanerkloster in Ulm, 1507 nach Heidelberg, woselbst er decan und ordensgeneral wird, 1511 (?) nach Cöln, wird doctor der theologie u. 1526 prior. Auf dem reichstage von Augsburg 1530 ist er auf seite der katholischen theologen thätig, auch in schriften tritt er gegen Luther auf. Er stirbt 26 Aug. 1536 vgl. Weyermann, Nachricht von Ulmer künstlern u. gelehrten I, 1798 s. 368 sq.

doctor, tanta mei erga tuam dignationem amoris accessit in dies accumulatio, ut non modo ad conservandam, verum etiam augendam nominis tui ac famæ laudem, quantum favendo consulendo juvando possum nemo qui sit usquam gentium opera cogitatione studio me vicerit, ubicunque de præstanti tua et egregia doctrina, de sanctis moribus tuis et gravitate vitæ, de humanissima quoque conversatione tua sermo fuerit. Habuisti enim non solum voluntatum, sententiarum, actionum tuarum sæpe me socium, verum etiam comitem et semper virtutum tuarum præconem. Qualem te vicissim erga me tui amantissimum, omniaque mea pro tua probitate et humanitate singulari fuisse non modo speravi verum etiam plane sensi. Cujus rei et virorum et virginum ordinis tui monasteria sunt testes. Cum igitur hortatione non egeas, ut in me tuendo adornandoque gratiam fidem laboremque adhibeas, restat nunc id solum, ut qua in re tua opera uti velim ad dignitatis meæ non dico amplificationem, sed custodiam tantum atque tutelam brevi ostendam.

Imperatoria majestas anno præterito [1] per literas mandavit, ut de cremandis Judæorum libris quid sentirem in modum consilii referrem, et scriptum archiepiscopo Moguntino ea in caussa cammissario, transmitterem, Cæsari reddendum. Intelligis ex hoc me non temere, sed necessitate ductum istud oneris subiisse [2]. Intelligis consilium non fuisse prodendum, sed Cæsari fideliter transmittendum. Audi reliquum. Feci quod potui. Cum enim de eo negocio Imperator, in cujus pectore dicuntur omnia esse jura recondita, ipse dubitaret, cunque nullam ego legem, nullum canonem, nullum decretum, nullam determinationem universalis ecclesiæ vidissem, neque viderem de cremandis Judæorum libris specifice latam, eas ambas ob causas juste mihi visum est, materiam hanc esse in jure dubitabilem, ubi non scientia sed opinio, non demonstratio sed persuasio, non philosophi sed oratoris munus requireretur.

Unde propensior ego in partem benigniorem putavi ea quæ per sanctiones non sunt ad exustionem damnata conservari

*

1 Anno præterito] 26 Juli 1510 oben nro. CXX. 2 Zubiisse 1.

decere, imitatus Christi sententiam: Nemo te condemnavit, nec ego condemnabo. Nam ea de quibus erat nulla dubitatio, de quibus publice sunt condita jura, de quibus sacrosanctæ loquuntur constitutiones, quæ apud omnes nationes et orbis terrarum fines gravibus pœnis inhibita et vetita promulgantur, existimabam esse indigna consilio, quia nota atque vulgata. Et tamen nihilominus ea detestatus sum, utque decuit, reprobavi, abjeci, condemnavi, sicuti sunt libri cujuscunque gentis, cujuscunque linguæ, in quibus continentur injuriæ, blasphemiæ et in irreverentiam Christianarum constitutionum fictæ contra nos hæreses similiter et reprobatæ lectionis monstra naturæ inimica. Curavi ergo, ut in primis absolverem ejuscemodi criminosa, de quibus primam in Consilio [1] meo quod ad te nunc mitto posui contra Judæos conclusionem. Quæ duo facit: primo enim repellit scripta in irreverentiam Dei et sanctorum, secundo scripta in irreverentiam christianarum constitutionum seu ordinationum, quibus aperte condemnavi et blasphemias et hæreses Judæorum. Præterea fol. XIV libros reprobatæ lectionis rejeci.

Quibus præsuppositis tanquam manifestis diverti ad alia librorum hebraicorum genera, in quorum judicio non dubitavi, semper illa reproba jam prænotata fore ab omni meo sermone patenter accepta. Quapropter cum Thalmud ipsum prosequerer, admonui primo, quibusdam ejus in locis contineri posse blasphemias et hæreses, secundo vanitates et errores Folio III F [2] et infra quod et notavi folio X facie prima circa medium, ubi aperte mentem meam super Thalmud expressis verbis [3] declaravi dicens, quod nolim eum remittere, ubi est reprobandus, sed tamen ostendere, quod non propter vanitates et stultitias sit comburendus.

Ad negocium igitur mihi propositum multis oratorum more usus sum argumentis, non demonstrativis neque necessariis,

*

1 Rathschlag, s. o. 6 Oct. 1510 nro. CXXII. 2 III F.] Im augenspiegel sind am rande zur leichteren orientirung einzelne buchstaben gesetzt. 3 Expressis verbis] „Nit red ich es darumb, das ich den Thalmud wölle gutt machen ann den enden, da er zu verwerffen ist, sunnder allein zu beweisen, das er nit zu verbrennen oder zu verdilcken sei.“

quibus vos utimini, sed topicis. Fuit enim genus causæ deliberativum, quod in consultationem positum juxta Ciceronem habet in se suasionem et dissuasionem [1], quaprópter non mathemathice, sed rhetorice disputavi, omnia concludens citra præjudicium veritatis, quod finis consilii mei palam ostendit, ubi detuli honorem archiepiscopo et ecclesiæ, quo nomine secundum Panormitanum in c. excommunicamus II, extra de hæreticis intelliguntur: Papa, Diœcesanus et inquisitor commissarius, quibus me subjeci, protestatus nihil affirmare velle, quod illi non affirmarent.

Audivisti quid egi; audi quid patiar. Judæus quidam baptizatus Coloniensis cognomento Pfefferkorn, omnibus viribus adhoc conatus, ut et singuli Hebræorum libri, præter solum et nudum bibliæ textum, concremarentur, vel potius, sicut ego ipse somniasse dicerer, incendio ignique tantummodo a Cæsare demandarentur, non secuta executione, ut ante scilicet executionem, si mandatum illud auro et argento gravi, ut ipsemet notavit, aliquando revocaretur, particeps fieret auri; cum vidisset me aliter consulere quam optaret, edidit contra me libellum famosum in læsionem nominis mei ac honoris intolerabilem [2]. Quod multi asserunt mihi ortum auxilio eximii Doctoris Jacobi Hochstratensis [3], prioris vestri. Quare mihi quotidie exprobrari solet, quia semper ordinis prædicatorum propugnator [4] fuerim, nunc nunc habeam mercedem meam, hoc, inquiunt, sit salarium advocationis meæ, qui hactenus defenderim Prædicatores, ut, quoniam juste passi sint contumeliam, ego recte quoque patiar, quatinus uno cruciatu et advocatum et clientes infamia torqueat. Hæc sunt verba æmulorum vestrorum quae mihi licet liventibus oculis tamen subridentibus labiis objiciunt.

Ego vero me non putans infamem quod ab infami nebulone confundor, cuilibet opprobranti semper respondeo, me non credere tantum virum injuriis dare operam, cui replicant, quod Judæus baptizatus haud frustra nominatum doctorem Hoch-

1 Ciceronem] de iuvent. I 55. 2. Handspiegel. 3 Vgl. über ihn die schrift von H. Cremans Bonn 1869. 4 Propugnator] vgl. namentlich die briefe des Peter Siber, Lorenz Aufkirch, Wigand vom j. 1504 oben nro. LXXXVIII ff.

straten super libello diffamatorio sibi judicem elegerit, quod excuso diligenter, quoniam et Cæsarem et archiepiscopum Moguntinum sibi quoque judices elegerit. Quid multis? quasi fama nunc vulgo apud nos percrebruit, quod hoc contra me cogitatum facinus ab ordine vestro duxerit originem. Ego vero mihi ipsi persuadeo, non ita esse, quia mihi conscius sum, longissimis me temporibus fratrum ordinis sancti Dominici fratrem fuisse, et a provinciali quondam Stubach matriculæ fratrum insertum esse de quo extant patentes literæ [1]. Denique parentes meos Fratrum ordinis, bona fide ministeriales fuisse [2], apud quos et in Christo requiescunt. Huc accedit, quod multis annis et in multis causis ordini vestro patrocinatus sum, sine præmio, sine salario, de quibus longior fieri posset catalogus. Cum igitur ipse mihi conscius sim tantæ benevolentiæ, tantæ fidei, tantæ observantiæ erga ordinem vestrum me et esse et fuisse, quis jam mihi posset persuadere, tantam in ullo Patrum aut fratrum vestrorum esse crudelitatem, tantam ingratitudinem, tantam inhumanitatem, ut ejus cuperent labefactare famam, qui eorum sæpe defendisset infamiam. Te igitur obsecro, ut venerabilibus patribus nostris, maxime autem egregio Doctori Jacobo [3] hæc insinues efficiasque, ut honorem meum plus tueantur quam infirment. Vale.

Gedruckt: J. v. e. p. 3b bis q 1a.

CXXXII.

Stuttgart. 5 Nov. 1511.

Præstantissimo literatoriæ artis chalcographo magistro Joanni Amorbacchio, civi Basiliensi, amico suo amicissimo [Jo. Reuchlin][4] S. D. P.

Cyrus noster celeriter arripuit, quare non potui ad te pluribus [5]. Nihil tuarum literarum ex nundinis recepi. Credo,

*

1 Ich bin nicht im stande, diese aussage R.s durch zeugnisse zu belegen. 2 Über die eltern Reuchlins vgl. oben 7 März 1506. 3 Jacob Hochstraten. 4 R. hat zu der adresse noch hinzugeschrieben: buchtrucker zu Basel. 5 Plur.] bezieht sich wahrscheinlich auf einen nicht erhaltenen kurzen brief R.s; Cyrus ist der oft genannte bote Amerbachs.

excidi memoria; jam alterum habes Græcum [1]; id tibi sat est. Complevi epistolare s. Hieronymi, cujus duas partes Francfordiam misi ad nundinas proxime habitas, tertia pars vel bajulum expectat vel alteras quadragesimæ nundinas; consummata est. Puto me omnia loca græcis hebræisque vacu areplevisse. Quod si hallucinatus fuerim et aliquid omiserim, resartiet Conon frater noster aut Bruno meus et idem tuus, cui tam græca quam hebræa nunc, si volet, recte credidero. A quibus mihi summopere timendum est, ne laboris mei sibi gloriam præripiant, ut cum Marone cogar scribere: Hos ego versiculos feci, tulit alter honorem. Sic vos non vobis. Nunc mitto ad te de novo testamento quæ restauravi. Restat psalterium, in quo jam occupor. De Hieronymo super Lucam nihil adhuc instituis; de eo scripsi [2] antea quærens voluntatem tuam. Hieremiæ prototypon in tota Suevia non invenio. Sed ne nihil agam, fretus tua signatura perficiam, quoad queam. Cæterum jussu Joannis Froberger [3] de tuo mandato expedivi, ut a me petiit, libros rudimentorum et vecturam usque in civitatem Argentinam. Expendi pro vasis, cibo, potu, vectura et aliis, prout in rationali, quod Francfordiam misi, summam quinque florenorum et trium blappardorum vel verius 4 heller Wirtenberger. Eam pecuniam oro te ad me remittas cum hoc nostro Cyro. Non sum hoc tempore nimis onustus pecuniis, ut philosophum decet. Dicas, oro te, salutem uxori et liberis tuis meo nomine et feliciter valeas. Ex Stutgardia. Nonis novembribus anno 1511.

Joannes Reuchlin Phorcensis LL. doc.

Aus: Basler universitätsbibl. handschr. G II 13ª nro. 66 autograph.

*

1 Alt. græc.] gemeint ist Joh. Conon (Cün). 2 Scripsi] vermuthlich in dem oben s. 144. a. 5 erwähnten briefe. 3 Froberger] so schreibt Reuchlin den ihm vermuthlich nur aus einer undeutlichen briefunterschrift bekannten Hans Froben, neffen des gleichnamigen berühmten buchdruckers; vgl. Basler beitr. zur vaterl. gesch. IX, s. 531. (Mittheilung von prof. Vischer in Basel.)

CXXXIII.

Cöln. 2 Jan. 1512.

Decanus [1] cæterique professores facultatis theologicæ, Generales studii Coloniensis imperialium legum doctori DN. Johanni Reuchlin Suevorum Confœderationis Judici, moranti Stutgardiæ sibi venerando atque dilecto salutem, et spiritum intelligentiæ sanum. [2]

Fuit nobis, spectabilis ac [3] egregie vir, post proximas nundinas Franckfordenses oblatus quidam libellus [4] sub titulo speculi ocularis, tuo nomini inscriptus, quem dum nonnullis ex nostris revisendum examinandumque tradidissemus, comperimus in eo, quod neque ex te, neque ex quoquam conchristiano [5] nostro sperabamus, te scilicet in eo libello in modum consultationis omnibus tuis viribus annixum, ut reverendissimo in Christo patri et Principi Electori domino nostro gratioso Urieli archipræsuli Moguntino, ac per illum serenissimæ [6] Imperatoriæ Majestati persuaderes, super negocio librorum Judaicorum, quatinus [7] idem negocium laudabiliter per eandem Cæsaream Majestatem cœptum inverteres. Quod ut commodius (ut tibi [8] forte visum fuit) faceres, multa ad rem impertinentia latissime porrecto calamo quasi quicquid tibi in via qua ibi hic illicque [9] occurrere potuit, decerpere [10] voluisses, in unum coëgisti. Quo factum est, ut festinus ad terminum quo properabas [11], non satis probaveris an rosas forte, an [12] male olentes flores inconcinne in sertum componeres, ac per hoc non solum nimiæ fautoriæ Judaicæ perfidiæ notam improvidus apud Christianos lectores incurristi, sed et Judæis ipsis [13], crucis et sanguinis quo nos loti et redempti sumus inimicis, qui, uti nobis relatum est, hunc tuum tractatum vernacula nostra lingua editum et impressum legunt et circunferunt occasionem præstitisti, quo amplius nos irri-

*

1 Ohne aufschrift 1ab. 2 Spiritum consilii sanioris. Fuit 1. 3 Et st. ac 1 4 Tractatus st. libellus 1. 5 Christiano 1. 6 Serenissime und weiter e für æ 1. 7 Quatenus 1. 8 Uti forte tibi 1. 9 Hic illicque 1 ausgelassen. 10 Decipere 1. 11 Et lucantus zugefügt 1. 12 Urentes urticas aut zugefügt 1. librum für sertum 3. 13 Judæis] vgl. Pfefferkorns defensio p. 64 sq.

deant, quando inter Christianos et [1] quidem inter eos qui docti reputantur, te unicum invenerint [2], qui suam causam agat, tutetur ac defendat, quasi nec [3] Christum, neque Virginem matrem, neque apostolos, neque fidem nostram intemeratam blasphement [4] aut vituperent, sed quicquid faciant, aut majores eorum scripserint in sui defensionem et nulli in præjudicium aut vituperium fecerint. Et quia, ut illud Imperatoriæ Majestati sufficienter persuadere posses, varias et quidem invalidas rationes aranearum telis fragiliores [5] adduxisti, autoritates quoque diversas scripturæ sacræ et sacrórum doctorum [6] renitentes ad sensum quem tu volebas contorsisti, nonnullas etiam positiones [7] scandalosas, male sonantes, et piarum aurium offensivas hinc inde interseruisti, quo suspectum te reddidisti [8], quasi non caste pure ac synceriter ut oportet de fide, de scripturis sacris, de ecclesiasticis tractatoribus sentias [9]. Quod nobis [10] vehementer et plus quam dici potest dolet, ut puta commembro nostro infirmato pro christiana pietate condolentibus [11]. Nam, teste Apostolo, omnes unum corpus sumus quotquot in Christo baptisati sumus. Ne ergo malum hoc in alios latius serperet, neque tu in eo computresceres, neve [12] perfidi Judæi in immensum gloriarentur, mature deliberavimus de modo quo per nos et alios, quorum id maxime interest, huic malo occurreretur. Verum paucis exactis [13] diebus Venerandi Magistri nostri, Arnoldus de Tungeri, nec non Conradus Kolin confratres nostri [14], nobis quasdam literas ex te ad se datas [15] ostenderunt, quibus revera non parum fuimus exhilarati, quod illis infirmitatem tuam et improvidum errorem humiliter et catholice fatebaris, rogando eosdem quatenus te nostro Collegio commendarent, ac singula in partem meliorem interpretarentur [16], quod et ipsi diligenter cum magna charitate, quemadmodum petisti, facere curaverunt effeceruntque, ut te catholicum ecclesiæ

*

1 Et ausgelassen 1. 2 Inuenerunt 1. 3 Nec 2. 4 Unquam zugefügt 2. 5 Ar. tel. frag. ausgelassen 2. 6 Sacr. doct.] utriusque iuris (!) 2. 7 Pro positiones 1. 8 Reddis 1 et für ac 1. 9 Sentires 3. 10 Nos 1. 11 Condolentes 1. 12 Nec für neve 1. 13 Nunc paucis peractis 1. 14 Tungari 2. Frater Conradus de Ulma, sacrarum literarum professores eximii 2. 15 S. o. nro. CXXX und CXXXI. 16 Benigniorem coram nobis 1.

verum et obedientem filium reputamus et reputabimus, si quod vulgo incaute [1] sparsisti recolligere studeas, et lapides tollas [2], quibus [3] alii in via dei sunt offensi, sicut in Hieremia scriptum est: Tollite de via lapides [4].

Verum quia te scripsisti non meminisse, ubi nam speciatim [5] scandali occasionem præstitisse, aut scripturas exposuisses aliter quam patiatur intellectus ecclesiæ, iccirco literis his nostris illorum indicem implicitatum transmittimus, in quo annotatæ habentur [6] propositiones et allegationes sparsim per te ex scriptura sacra, et ex utroque etiam jure impertinenter allatæ [7]. Super quibus, uti nobis visum est, in apologetico tuo quod latine scriptum consultationi tuæ junxisti non satis [8] pro fidei tuæ synceritate te expurgasti. Super his ergo petimus [9], ut per tua scripta nos latius mentem tuam develando informes, aut exemplo humilis et sapientis Augustini palinodiam cantando retractes. Hæc enim est ingenua et vere christiana cum charitate severitas, corrigere atque emendare aut etiam destruere [10] opus, quod improvida et male circunspecta festinantia struxit. Nam sic (ut verbis tuis utamur [11]) integritatem in te suam fides incontaminata custodiet [12], illuminante te Christo, qui ad ædificationem aliorum te sanum et incolumem servet. Vale. Ex Colonia nostri decanatus sub sigillo, die secunda Mensis Januarii. Anno [13] domini 1512.

Gedruckt: 1 = Pfefferkorns beschyrmung Hb = peperic. def. p. 125 2. = J. v. e. g. 1a bis 2a 3 = Bulæus, historia universitatis Parisiensis VI p. 52 bis 54. 4. = Majus, vita Reuchlini p. 318 bis 321.

Anm. 3 und 4 sind aus 2 geflossen, daher ich nur ihre abweichungen von diesem anführe. 2 ist gewiss das abgeschickte original, 1 das concept, das von den adressanten geändert wurde; einzelne abweichungen s. 147, 5, 14; 148, 9 rühren vielleicht von Reuchlin her.

*

1 Male 1. 2 Tollere 1. 3 Quo 1. 4 Tollite] nicht in Jeremias, sondern Jesaj. 62, 10. 5 Speciatim ausgelassen 1. 6 Sunt statt habentur 1. 7 Propositiones] bei diesem briefe nicht erhalten, R. theilte sie später seinem freunde Hildebrand mit 1 Oct. 1512. unten nro. CLIV. 8 In defensione tua latine edita ac consultationi juncta NON SATIS 2. 9 Quare petimus 2. mentem tuam latius; nos vor informes 2. 10 Aut etiam destruere ausgelassen 1. 11 Nam bis sic, ut verbis tuis utamur ausgelassen 1. dafür quatenus. 12 Custodiat; von da bis servet ausgelassen 1. 13 Ex bis domini ausgelassen 1; nach MDXII: secunda Januarii.

CXXXIV.

Cöln. 2 Januar 1512.

F. Conradus Kollin de Ulma, theologiæ professor, ordinis Prædicatorum, egregio imperialium legum doctori Joanni Reuchlin Sueuorum Confœderationis æquissimo judici cum commendatione salutem plurimam et annum fœlicem[1].

Clarissime domine doctor, mittit facultas nostra theologica Coloniensis, quæ emendandæ videntur propositiones, quas tractatus vester continet, optatque, ut super emendatione ejusmodi propositionum quantocius mentem vestram eidem significetis. Arguitur nanque negligentiæ, quia non agit, ut quæ plurimo scandalo sunt, emendentur etc. Charissime domine doctor, non dubito, Dominatio vestra confidat in me ut amicum et profecto amici munus effecise et facere me arbitror et ut amicus consulo fideliter. Res in eo statu est: Effeceram ego, ut facultas dicta vobis pariter cum propositionibus scriberet earum defectum, qualiter etiam emendandæ essent; supervenerunt hinc inde scripta quæ tractatum illum graviter accusant, simul et facultatem ipsam, quia non celerius contra Dominationem vestram procedat atque librum ipsum condemnet. Quibus permota facultas ipsa consultius fore judicavit, si propositiones ipsæ primo Dominationi vestræ exhibeantur. Possetis nanque, ut ajunt, velle protervire atque contumaciter quæ scripsistis defensare, quo fieret, ut aliter procedere oporteret. Ut ergo facultas ipsa non videatur partialis atque vobis colludere, voluit primo exhibere propositiones, sperans ad meam sponsionem, quod ut virum bonum decet non recusabitis vos, immo magis propositiones et dicta submittere correctioni facultatis, quæ ex post Dominationem vestram plene informabit, in quo dicta aliqua deficiant. Informationem quoque dabit salvo honore eà emendandi. Non est facultas ad confusionem Dominationis vestræ, sed ad salvandum honorem prona, cum tot per me percipiant egregias Dominationis vestræ laudes. Dominatio vestra in hoc oro sup-

1 Ohne aufschrift 2.

pliciter roganti acquiescat, humiliter facultati cum præsentium latore rescribat atque ei dicta submittat. Neque indignum arbitretur facere, quod sanctissimi, atque ecclesiæ luminaria facere non dedignati sunt. Non mirum si jurista theologicas non attigerit subtilitates. Parcat iterum confidentius scribenti dominus meus. Videbitis multa minus bene sonare, quæ forsan juristæ valde bona videntur. Sunt religiosi et seculares qui omnes expectant sententiam nostræ facultatis. Et quantum ego advertere possum, omnes parati sunt adversus vos insurgere. Si autem per judicium facultatis nostræ absoluti fueritis, nemo erit qui condemnabit. Dat. Coloniæ in octava Innocentum. Anno 1512.

Gedruckt: 1 = J. v. e. q. 2. 2. = Bulæus l. c. VI p. 54.

CXXXV.

Tübingen. 4 Januar 1512.

Præstantissimo et peritissimo literatoriæ artis magistro d. Joanni Amorbacchio civi Basiliensi, amico suo quam observandissimo. [Jo. Reuchlin] S. D. P.

Quia es omnium literarum amator acerrimus, non potui præsentium ostensori, d. Matthæo Adriano Hispano, medicinæ doctori [1], Basileam eunti, nihil ad te literarum dare. Quare qui soles variarum literarum præceptores honorare, oro non etiam hunc prætermittas, quo in lingua hebraica nunquam in Alemannia doctiorem expertus sum. Audies virum, et placebit, sive hebraice scribendum sit sive quoque chaldaice. Commenda eum doctis et hebrææ linguæ faventibus et rem mihi gratam feceris. Vale. Ex Tuwingen pridie nonas januarias anno 1512.

Jo. Reuchlin Phorcensis LL. doc.

Aus: Basler universitätsbibl. handschr. G II 13ª nro. 67 autograph.

CXXXVI.

Ottobeuren. 12 Jan. 1512.

Frater Nicolaus Ellenbog Joanni Capnioni s. d.

Redditæ sunt mihi dudum literæ tuæ [2], vir doctissime,

1 Über Adrianus vgl. studium der hebr. spr. s. 41—48. 134. 2 30 Sept. 1511 oben nro. CXXVII.

simul et amantissime una cum apologia tua contra Judæum baptizatum Capniomasticem. Gratias tibi et habeo et ago immortales et pro libello mihi misso et pro signaculis adnotatis. Et vere dixerim signacula. Sunt enim mihi signata prorsus abscondita et abstrusa. Laboravi multum quærens et legens, et ideo quidem hactenus ad te scribere moratus sum, sed vix unum aut alterum aperire potui signaculum, labor tamen iste non tædium, sed aviditatem incussit. Fit enim plerumque, ut quod laboriosius acquiritur, id etiam charius habeatur, et quod longius differtur, tandem adeptum appareat dulcius. Facilia enim quæcumque contemtui patent. Tantum itaque inardesco ad signaculorum resignationem, ut magis non possim. Sed nec unquam meo id studio consequi posse speraverim. Quid ergo faciam? Desistere ab incoepto difficillimum mihi foret, sed nec a te, humanissime vir, id rursum petere præsumo. Novi enim occupationes tuas, novi quoties oneri tibi fuerim literis meis. Quid ergo? Tu vides laborem et dolorem meum. Si vis, potes me juvare. Hoc tamen, ut dixi, a te petere non audeo. Si tamen feceris immortali me beneficio afficies perpetuumque debitorem tuum constitues. Vale fœlix, amicorum observandissime, et me tui nominis et honoris præconem esse certo certius scias. Ex Ottenpurra pridie idus Januarias 1512.

Msc. Ellenbog. lib. II epist. 23 fol. 113b sq.

CXXXVII.

Stuttgart. 27 Jan. 1512.

Joannes Reuchlin Phorcensis LL. doctor celeberrimæ facultati theologicæ Coloniensi. P. s. d. p.

Ad circiter 17 Kal. Februarias, colendissimi Patres, eximii sacrarum literarum doctores, reddita est mihi epistola quædam vestra, omni genere optimarum virtutum [1] insignita, ut quæ a recte vivendi sentiendique officina processerit, data secundo Januarii die [2], in qua et pietatem in Deum et chari-

1 Virtutum] veritatum 2. 2 2 Jan. 2. s. o. nro. CXXXIII.

tatem erga proximum vestram illam peculiarem sole clarius ostenditis et eum qui misere in latrones jam pridem inciderat, ab eisdemque dispoliatum, vino primum acri atque mordace, deinde oleo, Palladis fructu, sanare pro incredibili humanitate vestra officiose conamini. Det Opt. Max. ille deus noster pro fidei orthodoxæ zelo vestro, quo fideles ejus dispensatores, talentum vobis creditum cum fœnore satagitis reddere, simulque pro effluente in me charitate vestra, qua me a dedecore, infamia, contemptu, et despectione præservare, custodire, vendicare [1] clementer studetis, et vobis et collegio et illustri universitati vestræ divinam benedictionem ex Sion, ut videatis bona Jerusalem per quem et pax nobis.

Cum enim plurimi quos mea voluntate conscientiaque nunquam læserim, immani et acerbissima invidia livoreque in meam perniciem propensi, ut accipio, quotidie vos effreni tumultu adoriantur, petentes, immo urgentes, ut me qui theologicum synthema Siboleth eadem literatura quæ illis placeat [2] exprimere non valeo, in ipso Jordanis transitu juguletis [3] vos viri, vos, inquam, viri prudentissimi et animo non effeminato fortissimi, nullis adversariorum meorum factionibus fracti, sed ut flores inter multas spinas atque sentes orti, honestiores et sapientiores cæteris, non facile conservum vestrum mittitis in carcerem, sperantes, quoniam dominus eximat vos pariter a tortoribus, ab omnique debito liberet, eo quod conservum vestrum sitis commiserati, iccirco imitamini Dominum nostrum, qui omnia sciens et omnia prævidens dixit Adam ubi es? [4]

Cupitisque [5] primum [6] experiri simne desertor an amator veritatis catholicæ? Quare propositiones quasdam ex meo consilio de cremandis Judæorum libris dato, quæ vobis frivolæ, scandalosæ, et minus bene sonantes videantur, excepistis, earumque exemplum ad me vestris cum literis transmisistis, desyderantes, ut post declarationes prius a me simul cum consilio meo editas latius [7] mentem meam revelando vestras dominationes informem, quia non satis pro fidei meæ

*

1 Vindicare 2. 2 Placet 2. 3 Inguletis 2. 4 Adam ubi es] 1. B. M. C. 3. V. 9. 5 Cupitis bis oleum peccatoris folgende seite in Pepericorni def. H. 2 b fg. (= P.) 6 Primum de me P. 7 Latius ausgelassen 2.

synceritate, secundum quod vobis visum sit, me expurgaverim. Ubi profecto latere non potest [1], sed se ipsam plane ostendit ingens virtus humilitatis vestræ, qui ut unanimes idem ipsum sentiamus, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam in vera quidem humilitate a me poscitis ulteriorem declarationem sive informationem, ut literæ vestræ sonant [2], ego vero agnoscens ingenii mei tenuitatem, quod sentio quam sit exiguum, explicare theologicas subtilitates mihi tanquam laico et quidem digamo [3] temere non arrogavero, cui explicationes fidei et singulares ejus decisiones recte licebit sine culpa ignorare.

Defero autem omnem hujuscemodi honorem excellentissimæ facultati vestræ, paratus nunc et semper, ubicunque erraverim, benigne potius corrigi in misericordia a justo, quam ut caput meum impinguet oleum peccatoris. Quod ex eo maxime patere potest, quia, cum jam ex libello Johannis Pfefferkorn [4] intellexeram quosdam pusillos forsan et minus perfectos scandalum potuisse pati, occasione consilii mei antea per renunciatores publicati, tum [5] mox ipse ego, a nemine adhortatus, coactus aut requisitus, mentem meam declaravi latine, paratus tunc easdem declarationes in lingua vernacula et vulgari edere [6], nisi brevitate temporis et impressoris impedimento fuissem retardatus, ad quod etiam hodie paratus existo, inde sperans, probabiliter quod per eas erigerentur, si qui forte cecidissent, nec de cætero casum paterentur qui starent.

Quia vero uberiorem declarationem desyderatis, facile intelligo me propositi mei finem non esse consecutum. Ut igitur petitioni vestræ pro mea virili satisfaciam, et circuitus vitentur inanes, et itineris longi varia caveantur discrimina, simulque inutiles expensæ ac supervacui labores hinc et inde tollantur, vestrum omni laude dignissimum et ornatissimum col-

*

1 Latere non potest bis præconium (f. s.) in Reuchlini defensio contra calumniatores Colonienses F. (def.) 2 Statt declarationem .. sonant nur informationem 1. 2. 3. def. 3 Digamo vgl. oben 27 Juni 1502 nro. LXXXII anmerkung 6. 4 Libello] handspiegel. 5 Tamen für tum def. 6 Diese erklärungen erschienen deutsch erst am 22 März 1512. Ain clare verstentnus vgl. Reuchlin s. 264 fg.

legium oro atque obsecro [1] et ab universis vobis quam humillime [2] ita peto, ut majore cura, majore studio nullo modo possim, ut vos ipsi ad me dare quas desyderatis sive novas seu veterum extensivas declarationes, dum quid [3] cui satis sit nescio easdemque cum proprio nuncio etiam meis expensis mihi transmittere pro fraterna charitate dignemini, ut illis visis sollicite cogitemus in alterutrum servare unitatem spiritus in vinculo pacis, quatenus idem sapiamus, et in eadem permaneamus regula, ad reædificationem offensorum, et famæ meæ permanentiam, et devotionis vestræ præconium.

Sin autem rigore quodam, ne dixerim sævitia, istis meis precibus tam humilibus acquiescere nolueritis, sed potius me cogere, ut ego ipse mentis meæ uberiores declarationes prior offeram, quod tamen formidare me non sinit incredibilis erga vestras humanissimas discretiones fiducia mea, saltem de eo ipso quoque per literas vestras iterum meis expensis me certiorem facere, responsumque meum clementer expectare sine præcipitatione non dedignemini; nec interea quicquam adversus me attentare, per salutem evangelicam vos obtestor. Ne mihi bonæ famæ futuri sitis interemptores, quos colo et observo pientissimos honoris mei parentes et autores. Valete fœliciter, viri excellentissimi. Stutgardiæ 6 [4] Kalend. Februarias. Anno 1512.

Gedruckt: 1 = J. v. e. g iii bis g 4a. 2 = Bulæus l. l. VI p. 54 bis 56. 3 = Majus, vita Reuchlini p. 328 bis 331.

CXXXVIII.

Stuttgart. 27 Jan. 1512.

Joannes Reuchlin Phorcensis LL. Doctor F. Cunrado Kollin, ordinis Prædicatorum, theologiæ professori Coloniæ S. d. p. [5]

Pergratæ fuerunt, egregie et mihi dilectissime doctor, literæ tuæ [6], quarum initio annum fœlicem mihi optas sed

*

1 Oro obsecroque 1. 2. 3. 2 Humilime def. 3 Dum cui quod satis sit 2. 4 17 kalend. Febr. 2. 5 Ohne aufschrift 2. 3. 6 Literæ tuæ] vom 2 Jan. 1512 oben nro. CXXXIV.

sine pace, ut sequentia indicabant. Oro autem quam primum ne moleste feras, quod ad te, latinum hominum [1], latino more per numerum singularem scribo, et non ut tu vicissim ad me plurative. Jam enim illud tuum ferme totum [2] desiit et abolevit in Romana lingua et nunc quotusquisque majores nostros imitamur. Secus est si vernacule scribamus. Quare deprecor tuam scribendi consuetudinem, ut posthac quam humanissime singulari me numero appelles, cum aliquid ad me literarum dabis.

Ceterum de firmissima erga me amicitia tua, et perspecta fide, quam in tribulatione mea revera perquam humaniter ostendis, nunc ago tibi quantum valeo ac postea in calce negocii referam gratas gratias, et ut spero vobis non injocundas [3]. Consilium quoque tuum, prudentiæ et charitatis plenum, quod mihi præstas, et laudo et vehementer probo. Non enim is sum qui vellem contumaciter protervire, ut scribis et resistere [4] veritati, præsertim in rebus ecclesiasticis, ubi animæ vertitur periculum, nam extra ecclesiam nulla est speranda [5] salus. Quapropter absit a me ut ab ecclesia in ullo vel atomo quidem recedam, sed, deo adjuvante, permanebo in unitate fidei catholicæ, dum spiritus hos regit artus [6]. Quanquam in multis offendimus omnes, S. Jacobo teste, si enim quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir [7].

Quare nolo de me jactare tantam sanctitatem, ut vel verbo neminem offenderim, neque gloriabor de tanta in me sapientia ut velim incautas offensiones pertinaciter defendere. Nam [8] si Salomon ille rex solam postulans sapientiam, jamque consecutus a domino deo tam sapientiam quam prudentium multam nimis quæ præcellebat sapientiam omnium orientalium, de se ipso quidem non utique [9] animo mentiendi testificatus est, et dixit: Stultissimus sum virorum, et sapientia hominum non est mecum [10]; quantomagis ego profanus homuncio, non debeo mihi arrogare tantam prudentiam, ut præsumam contra

*

1 Hominem latinum 3. 2 Totum ferme 3. 3 iniucundas 3. 4 Ut resistere 3. 5 Speranda est 3. 6 Dum spiritus etc. Verg. Aen. IV, 336. 7 Jakob. 3, 2. 8 Nam ausgel. 2. ianque] eamque 2. 9 Utique] ubique 2. 10 Stultissimus] sprüche 30, 2.

collegium doctissimorum theologorum recalcitrare, potissimum in iis quæ sunt theologicæ subtilitatis, et excedunt limites facultatis meæ.

Iccirco in mansuetudine suscepi verbum, quod ad me nuper scripserunt reverendi patres mei contubernales tui, suspicantes me omnibus viribus adnixum, quatenus negocium librorum Judaicorum, laudabiliter per Cæsaream Majestatem cœptum, interverterem. Ego vero neque ex [1] literis Imperialibus neque Archiepiscopi conjicere valui, quid finaliter de iis cœptum fuerit, aut constitutum, nec hodie scio. Si enim cœptum fuit, ut omnes Hebræorum libri cremarentur, præter Bibliam, certum est, quod fuit injustum, etiam ex vestris consiliis, et aliarum universitatum [2], quæ nunc mecum habeo; sin autem, quod omnes illæsi manerent, similiter certum est quod fuit injustum. Quomodo ergo intervertere conabar cœptum negocium quod ignorabam qualiter cœptum, cum ex sola veritatis simplicitate nihil sinistri cogitans ad ignem judicaveram quatuor genera librorum, primo blasphemiæ, secundo hæresis, tertio famosa, quarto reprobatæ lectionis. De reliquis neque canones habui neque leges.

Sed quod me insimulant fautoriæ judaicæ perfidiæ notam incurrisse, non assentior, et vere cum Sancto Hieronymo in Apologia super schedulis ad Pammachium [3] et Oceanum asserere possum, testando deum et dicere: „Si expedit odisse homines et gentes aliquas detestari, miro odio aversor circuncisionem et objiciat mihi quispiam cur hominem Judæum habuerim præceptorem“. Hæc ille. Nullius autem rationis quæ sub cælo est perfidiam me fovere, testis est vita mea quam duco irreprehensibilem.

Quod autem vernacula lingua scripsi, sane oportuit quidem. Nam et Cæsar et Archiepiscopus, quibus solus scripsi, vernacula mecum egerunt, ut in commissione mandato et præcepto videre licebit [4]. Quod item ad scandalum attinet, non

*

1 Nec ex 3. 2 Consiliis vestris 2, aliar univ.] der Mainzer universität vgl. Reuchlin s. 236 fg. 3 In der pro libris adversus Jovinianum ad Pammachium apologia, Opp. ed. Erasmus III, 46 ff. findet sich die angeführte stelle nicht. 4 Oben 26 Juli, 12 Aug. 1510, nro. CXX und CXXI.

ego scandali, si quod esset, autor fui, sed proditores. Accepi enim [1] clausum mandatum et reddidi clausum consilium, quod injuste proditores publicaverunt [2], impressis etiam primitus libellis. Qua in causa [3] obsecro te ut legas simile S. Hieronymo contigisse a proditoribus, in libro de optimo genere interpretandi, paulo post principium, ubi pariter [4] inter alia sic scribit: „Quid apud homines tutum erit?“ Et [5] infra: „Quamdiu non profero cogitata, maledicta non crimina sunt, immo ne maledicta quidem, quæ aures publice [6] nesciant.“ Hæc ille. Sed renunciatores consiliorum principis in jure civili furca suspenduntur, quod utinam faxit Deus et faxint homines.

Cum itaque ex contumelioso libello Joannis Pfefferkorn animadverterem de quibusdam scriptis meis pusillos et infirmos forte scandalizari posse, quoniam non solum difficile, sed pene impossibile sit, ita librare et examinare verba singula quæ quis proponit, ut nulla esse in sensu sermonis ambiguitas, et erronea inde opinio nulla elici possit; tum legi relegique scripta mea, et a nemine coactus sed voluntarie atque libenter nodos enodavi, declaravique intentionem meam cui verba deservire debent, modo meliore quo potui licet admodum brevi, idque in latino eloquio propter angustiam temporis. Jam enim instabant nundinæ Francofordienses [7], in quibus me contra priores nundinas expurgatum oportuit, ut clarius in libelli mei folio quinto continetur [8]. Paratus enim eram et in vernacula quoque lingua ea edere, si non impressor

*

1 N. 1 namque 3. Über die Sache vgl. Reuchlin s. 241 fg. 2 Publicarunt 3. 3 Qua in causa bis homines z. 16 ausgelassen 2. 4 Pariter ausgelassen 3. 5 Opp. ed. Erasmus III fol. 166 D. 6 Publicæ 3. s. auch bei Erasmus a. a. 7 Francofurtenses 3. purgatum 3. 8 Libelli] näml. der augenspiegel. Dort wird (A 4a) erzählt, wie Reuchlin vom kaiser, dem er in Reutlingen Pfefferkorns handspiegel übergab, und um seinen schutz bat, auf eine entscheidung des bischofs von Augsburg vertröstet wurde. Da dieser aber nicht einmal einen termin ansetzte „damit ich dan in dießer frankfurter herbstmeßß von frembden leütten die mich nit kennen nit alßo für einen leichtuertigen mann gehalten werde, wie mich der taufft iud ine nehst verschiner meßß offenlich verunglimpfft hat. So will ich mich mit ganntzerer warhait gegen mengklichen verantwurtenn“ etc.

brevitate tunc temporis coartatus fuisset, per quam quidem declarationem meam satisfeci multis etiam doctissimis viris et illustravi ferme omnes propositiones, vel majorem partem earum, quas mihi præstantissimi et gravissimi patres facultatis tuæ nunc transmiserunt, scribentes, quod eis ipsis videatur me non satis pro fidei meæ synceritate super illis expurgasse. At ego quid satis sit eis futurum (ita me Deus amet) ignoro. Potest una eademque res alteri satis esse, alteri minime. Satietas [1] enim in solo satiandi animo consistit pro modo recipientis, et non rei receptæ.'

Tu vero doctor egregie, mihi crede, et memoriæ manda, me tibi id affirmasse, pro eo desyderio quod est mihi ad illum clarissimorum et doctissimorum virorum cœtum, velle me, relictis omnibus auxiliis, cupienter esse in bona amicicia facultatis tuæ, et universis vobis satisfacere in via veritatis, tamen absque dedecore meo et sine ulla infamiæ levitatisque nota, tantummodo ut sciam qualiter et qua via. Quod ut consequar, plane vestro ingenio erit opus, non meo. Quomodo enim tanquam laicus digamus, nullo gaudens clericatus titulo vel privilegio, possem digne quæ sunt fidei ad unguem explicare prima fronte, qui solum ad implicitam obligatus sum fidei confessionem, secundum quod credit ecclesia, ut in jure canonico legitur. Vestra vero tum dignitas, tum professio in altiore gradu constituta est. Vos præsbyteri duplici honore digni estis, qui laboratis in verbo et doctrina, ut et [2] vos ipsos salvos faciatis et eos qui vos audiunt. Si me putatis adhuc aliquo delicto præoccupatum esse, vos qui spiritales estis, ut ad Galatas scribit Apostolus [3], „instruite me in spiritu mansuetudinis et lenitatis, consyderans te ipsum ne et tu tenteris“. Quæ verba multum ponderanda sunt, sicut omnia Pauli.

Te igitur iterum atque iterum oro, obtestorque pro vetere nostra conjunctione ac necessitudine, proque summa mea in te benivolentia, et tua in me pariter, ut pro me apud præclarissimum et primarium doctorem Jacobum decanum, cæterosque excellentissimos amplissimæ laudis doctores, theolo-

*

1 Satietas bis Pauli ausgelassen 2. enim ausgelassen 3. et ausgelassen 3.
2 Et ausgelassen 3. 3 Spirituales 3. Gal. 6, 1.

giæque magistros instare velis oportune, importune [1], quatenus de singulari quadam humanitate et in favorem evangelicæ charitatis, ad quam tenemur omnes, dignentur suas informationes mittere meis expensis, sicut et istas quoque expensas etiam, non petitas, vesto nuncio liberaliter persolvi. Quibus informationibus contineatur, qualiter cum honore meo et bona fama citra cujuscunque hominis despectum aut injuriam fideliter et dilucide puram et meram veritatem ecclesiæ catholicæ decretis atque canonibus fundatam explicare, et contraria emendare valeam. Sic spero [2] visis informationibus vestris facile concordari. Tunc enim mea sponte ac ultroneo studio nullius hominis [3] mandato jussu sive præcepto, sed ex sola dilectione Dei et proximi ac unius veritatis amore, nemo alius, sed ego ipse tollam de via lapides, si qui fuerint, offensiones et petras [4] scandali, ita ut solus nobis supersit lapis quem reprobaverunt et petra, quæ erat Christus, ipse est pax nostra, qui facit utraque unum, ille nos custodiat opto in vitam æthernam. Amen. Vale et hanc epistolam cum egregio domino Jacobo, eximioque domino Arnoldo [5], cæterisque tuis communicato. Datum ut supra [6].

Gedruckt: 1 = J. v. e. q 4 bis r 2a; 2 = Bulæus l. l. VI p. 56. 57. 3 = Majus l. l. p. 331 bis 336.

CXXXIX.

Ottobeuren. **21 Febr. 1512.**

Frater Nicolaus Ellenbog an Reuchlin

hat durch R.s freund, den Dieteganus Westerstetten, gute nachrichten über R.s wohlergehen erhalten und freut sich über sein verdienstvolles wirken, sehnt sich, ihn einmal zu sehen

*

1 Importune ausgelassen 3. 2 Sic spero bis zu ende ausgelassen 2. 3 Hominis 3. jussu aut præcepto 3. 4 Petras et 3. vobis solus 3. 5 Hochstraten und Tungern. 6 Nämlich oben nro. CXXXVII in dem brief an die Kölner facultät. Von unserm brief gibt nachricht Petrus Meyer in einem schreiben an Arnold von Tungern 10 Febr. 1512. (Pfefferkorns beschyrmung H 3 fg.)

und fordert ihn im namen des abtes auf, einmal das kloster zu besuchen. Ex Ottinburra 10 Kal. Mart. a. 1512.

Handschr. Msc. Ellenbog lib. II ep. 26, fol. 115b fg.; gedruckt: 1 = C. v. e. gb fg.; 2 = J. v. e. h 3b fg.; 3 = C. v. e. II fol. 48ab.

CXL.

Stuttgart. 25 Febr. 1512.

Joannes Reuchlin externorum librorum studiosis

vorrede zur lateinischen übersetzung des hebräischen gedichts „lanx argentea" von Rabi Joseph Hyssopæus [1].

Gedruckt: 1 = Ed. princ. (Reuchlin s. 139a. 4); 2 = Wolf, bibliotheca hebræa, Hamb. 1733, vol. IV, 1136 ff.

CXLI.

Cöln. 28 Febr. 1512.

F. Conradus Kollin de Ulma theologiæ professor, ordinis Prædicatorum, Coloniæ, Joanni Reuchlin, Imperialium legum doctori cum commendatione s. d. p.[2]

Egregie domine doctor, tuas, ut tibi morigerus sim [3], literas accepi et aliis [4] exhibui. Tuæ fidei synceriter scribo, quicquid scripseras minus sufficiens pro tua excusatione apparebat, cum dicerent tuum tractatum inexpiabiliter mundum scandalisasse. Et post longa consilia ad hoc tendebat intentio, ut Archiepiscopis scriberetur, ut ubique mandarent tuum libellum cremandum, aut certe quod inquisitor te vocaret, ut super objiciendis responderes. Nam tua excusatio semper præ se ferret nescio quam contumaciam, et quia alias synceritati fidei non satisfieret. Ego vero honori tuo compatiens respondi, non me credere ex aliquo ordine vel juris vel evangelicæ charitatis fieri debere vel posse, ut qui se ad votum facultatis theologicæ errata sua revocaturum polliceretur, cum ea forma, ut salvo honore plus synceritati fidei satisfieret quam posset fieri cum viri confusione.

*

1 Über vorrede und übersetzung vgl. Reuchlin s. 139 ff., s. 268. 2 Ohne aufschrift 2. 3 Reuchlin hatte ihn aufgefordert, die lateinische anrede du zu gebrauchen s. o. nro. CXXXVIII. 4 Hochstraten und Tungern, denen der brief mitgetheilt werden sollte.

Summa: In tantum pro tua dominatione me obtuli, ut prior noster, inquisitor diceret, se non posse amplius a te expetere quam ego promittebam. Unde ad hoc deventum est ad meam fidelissimam instantiam, ut iterum ad te nuncius nomine facultatis theologicæ [1] veniat, qui tuæ dominationi insinuabit mentem facultatis, quam ex scriptis prioris nostri accipies. Ut autem omnia, animæ et rerum, hominum et adversariorum pericula evadas, meque veracem comprobes, qui tuæ syncerae fidei, de qua nunquam dubitavi, testimonium maximum perhibui, tuum, inquam, erit post exemplar propositionum, quod cum præsentibus mitto, ocius conficere tractatulum, adhuc in nundinis proximis Francofordiensibus vendendum, quo omnibus satisfacias, et te animamque tuam a perpetuo fœtore liberes, non compulsus, sed tua sponte. Facile invenies modum, quo id efficies, utpote repræsentando nunc in formatum theologum, qui prius, ut rerum theologicarum expers, ex tempore scripseris legista.

Oro pro tuo honore et mea charitate, ne tibi hanc subeundi provinciam difficultas aliqua sit. Nam nisi nunc parueris, non video quid amplius pro te possim. Age igitur, age, mi charissime doctor, et aliquot noctes ducito insomnes, et te atque tuos amicos libera ab omni malo. Facile erit sequi quas mitto objurgationes quibus utique tanquam solidis inniti secure potes. Quibus cum te conformaveris, nemo adversum te prævalebit. Et ora clamantium obstruantur et honor tuus salvus erit. Spero, quia animam et honorem tuum non negliges. Accipe quæ scribo syncerissimo animo pie et crede ei qui te, non seipsum quærit. Oro iterum ut cum præsentium latore facultati scribas, ut importuni confundantur, quia ad votum ejus licenter et prompte emendare velis. Quo fiet, ut ego vera pollicitus de te videar, et locus calumniæ tollatur, hoc nanque nos commendat et in nullo obesse potest. Laboravi specialiter pro tui defensione super isto articulo quo tibi impingebatur, quia scripsisses, Christum [2] legitime et juridice a

1 Theologiæ 2. 2 Christum . . condemnatum] das hat wol Reuchlin nicht gesagt, sondern nur: darumb . . das sie schreiben, das Jesus kain got sei, und alles das daraus volgt, das ist ir glaub, und wöllent darmit nieman ge-

Judæis condemnatum, quem sensum tua verba habere non sinebam. Fac juxta meam in te synceritatem, tum facile omnibus etiam nolentibus satisfacies. Valde dolerem si tuos quos hactenus gloriose vixisti dies cum ingloria componere te contingeret. Confido autem quia plus facturus sis quam ex te desyderari possit et citissime calamum arripies et Chalcographum componere curabis. Vale et voto amici tui pare, et pace plena frueris. Dat. Coloniæ Sabbato ante Invocavit. Anno 1512.

Gedruckt: 1 = J. v. e. r. iij. 2 = Majus, vita Reuchlin p. 338 bis 340.

CXLII.

Cöln. 29 Febr. 1512.

Decanus totaque facultas sacræ theologiæ generalis studii Coloniensis egregio et docto viro cæsarei juris doctori famoso domino Johanni Reuchlin Suevorum Confœderationis judici, moranti Stutgardiæ, amico nostro dilecto.

Spiritum rectum innovet in te Christus [1]. Accepimus literas tuas, spectabilis ac egregie vir, ex quibus probe intelligimus te ab unitate sanctæ matris ecclesiæ non velle ullo pacto recedere, sed in ea et vivens et moriens permanere, quod nobis, sicut a quolibet christiano fratre, ita et nunc præcipue ex te gratissimum est audire. Verum quia nostro voto necdum est satis factum, ut scandalum amoveretur, neque ferrum maneret in vulnere, hortamur te et obsecramus in Christo Jhesu et requirimus, ut cures quatenus ad proximas nundinas Frankofordienses libelli, si qui tui adhuc extant, et apud bibliopolas vænum habentur aut denuo impressi advectari possent, nulli amplius vendantur, et aliquo dictamine tuos priores revoces, ores quoque cunctos qui ha-

*

schmecht haben augenspiegel fol. XVb. Gemeint kann auch sein Aug. fol. IIIb.: des sie dan mit jen (Jesus) gerechtet und vor kaißerlichem richter ain urtail wider in behaltten haben, darumb er hab sollen sterben. Diese äußerung steht freilich unter den schmähungen der juden.

1 Ohne aufschrift 3.

bent, ne scandalum passi, te alium existiment quam catholice et recte de fide et ecclesiasticis scriptoribus sentientem, ac Judæis eorumque perfidis et blasphemis libris, et nominatim Thalmud adversantem.

Scis enim scriptum esse: Væ homini per quem scandalum venit. Scis quoque quam pœnam veritas injunxerit illi qui saltem unum de pusillis suis, quos sanguine coëmerit, scandalizaverit. Sic ergo religiose magnum Augustinum cæterosque præclaros viros imitatus face (!) [1]. Ne si forte quæ monemus non fierent, quod tamen de te suspicari nobis tuæ ad nos literæ datæ [2] non sinunt, opus sit, ut per illum vel illos ad quem vel quos id spectare videtur te faciamus ad nos vocari. Nec hoc iniquo nos putabis animo facere; sed integra ad te charitate, quatenus non per alium quempiam, sed per teipsum res christiano moderamine corrigatur. Quia scribendarum et rescribendarum literarum tardus forte aut nullus esset finis. Et nosti, in his rebus non tantum nobis quantum Christo et ecclesiæ moram perniciosam esse et damnosam. Et mox scandalum velut gladium quo incauti necantur esse submovendum. Christiano etiam cuilibet, teste Apostolo, non solum a malo sed et ab omni specie mali abstinendum.

Neque id tibi grave aut difficile existimes, quia nullo unquam sacrificio Deum summum gratius placueris quam si id te quod hortamur facere non pudebit, prudens nanque es et facile conjicere potes, si non feceris et nos quoque postquam res nobis sic innotuit torperemus, revera etiam post mortem tuam non defuturos, qui dum tu neque loqui neque respondere illis posses, tamen leoni mortuo barbam vellant, et te forte in una tartara delapsum legentes tua scripta et dicerent et scriberent. „Confortare ergo et esto robustus induere fortitudine tua Sion“ [3]. Non erit tibi si feceris, ignominia ulla, sed summa gloria, postquam non alius quispiam, sed tu animi tui victor de teipso triumphaveris, ac malo dæmonem diminuti [4] honoris aut dispendii famæ argumenta tuis cogitationibus ingerentem confusum ac frustra conantem

*

1 Fac 3. 2 Datæ literæ 2. 3 Confortare] Jesajas 52, 1. 4 Deminuti 2.

longe propuleris [1]. Scriptum nempe est: vir sapiens fortis est [2]. Et iterum: „corona dignitatis senectus quam in viis justiciæ reperietur" [3]. Hanc quia tibi optamus, iccirco hoc scribimus. Tuum itaque erit, si te et Christi parvulos amas, agere, ut intelligamus sic fecisse, quod etiam et nunc petimus per horum latorem, per tua scripta, an facturus sis posse præscire. Vale ex Colonia, facultatis theologiæ sub sigillo. Die ultima mensis Februarii. Anno Domini [4] 1512.

Gedruckt: 1 = J. v. e. r ii bis r iii[a] 2 = Bulæus l. l. tom. VI p. 57. 58 3 = Majus l. l. p. 336 bis 338.

CXLIII.

Stuttgart. 11 März 1512.

Joannes Reuchlin Phorcensis LL. doctor ad facultatem theologicam Coloniensem s. d. p. [5]

1 Hieronymus Pius Baldung de Leonibus, geb. c. 1483 in Gmünd, im collegium poetarum in Wien gebildet, geht nach Freiburg (1506), wo er juristische vorlesungen hält, 1506 wird ihm die leitung juristischer disputationen neben der lectura poetica, 1510 die lectura institutionum übertragen. Er wird 1511 mitglied der vorderösterreichischen regierung zu Ensisheim und 1518, wie es scheint, deren präsident: provinciæ nostræ regis nennt ihn Zasius, dessen freund er ist. Später (nicht nach 1518) wird er nach Innsbruck in die oberösterreichische regierung berufen (letzteres erzählt Wolfg. Fabritius Capito in seiner widmung des 2. buches seiner institutiones hebraicæ, Basel 1518, an Baldung). Zu erwähnen ist sein verdienst um die auffindung des Gajus und Paulus. vgl. Stintzing: Ulrich Zasius Basel 1857 s. 319 fg. und Klüpfel: de vita et scriptis C. Celtis (1827) II, s. 114 f. B. gehört zu denen, die Max (1510) zu einem gutachten über die judenbücherfrage auffordert, und die, im gegensatz zu Reuchlin, die vernichtung aller bücher, mit ausnahme der bibel, für göttlich und löblich erachten. Das gutachten abgedruckt bei Böcking Huttoni opera VI s. 104 bis 107. Der zweifel, den Grätz geschichte der juden IX noten s. XXXI daran ausgesprochen, dass Baldung zu den aufgeforderten gehörte, lässt sich durch die hinweisung auf vorliegenden brief, wie Grätz es thut, nicht genug stützen.
2 Leider ist das memoriale ebensowenig wie die briefe Reuchlins an Matthäus Lang erhalten. Die in diesem briefe angedeutete urkunde ist das, Juni 1513, erlassene kaiserliche edikt, das beiden parteien stillschweigen gebot. Vgl. Reuchlin s. 279 und unten nro. CLXIII.

CLXI.

Coblenz. 9 Juli 1513.

Urkunde Maximilian I.[1]

Den fürsten, besonders den erzbischöfen von Mainz, Köln, Trier, wird der befehl ertheilt, Reuchlins buch gegen die Kölner[2] überall zu confisciren. Geben zu Cobelentz am nundten tag des monets Julii: funfftzehen und in dreytzehenden.

Gedruckt, deutsch: 1 = Pfefferkorns sturmglock A 3ab; 2 = beschyrmung h 4 fg; lat. = defensio Pepericorni p. 103 fg.[3]

CLXII.

Ottenbeuren. 1 Aug. 1513.

Leonardus[4] Abbas Ottinpurrhanus Capnioni s. d.

Doctissime vir, frater mihi in Domino dilectus Nicolaus Ellenbogius humanitate tuæ dudum notus, dies noctesque instat, ut Bibliam sibi graecam coëmam. Cum vero hactenus venalem nullam invenerim, saltem habere nunc cupit Canticum Cant. in lingua græca. Quum vero horum librorum tibi copiam esse non dubitem, maximopere humanitatem tuam rogatam habeo, ut tabellario qui hasce reddidit tibi litteras, Canticum Cant. ad me perferendum dare velis. Illico enim et omni posthabita mora exscribetur, et ad terminum, si ita voles, per te præfixum liber ad te integer et illæsus redibit. Subveni quæso, humanissime vir, homini litterarum studiosissimo, et tantillam moram peregrinari librum tuum non magni feceris quæso. Non enim dubito quin prout es officiosissimus, tanto tempore etiam otiosus apud te resideret ejusmodi codex. Vale ex Ottinpurra. Cal. Sext.[5] 1513.

Gedruckt: Schelhorn: amœnitates historiæ ecclesiasticæ et literariæ Frankfurt 1738, p. 596 sq.

*

1 S. die bemerkung zu oben nro. CLV. 2 Defensio contra calumniatores Colonienses vgl. Reuchlin s. 272 ff. 3 Die sammlung J. v. e. enthält Aa bis A3a einen briefwechsel zwischen Mutian und Peutinger 17 und 25 Juli 1513, der z. th. über den Reuchlinschen streit handelt. Am 28 Juli 1513 wurde ferner das verdammungsurtheil der löwener facultät gefällt, dem bald die der übrigen theologischen facultäten folgte. Vgl. Reuchlin s. 283 fg. und unten 31 Aug. 1513 nro. CLXX. 4 Leonardus] Widemann. 5 Sept. Schelhorn, das ich des datums der beiden folgenden briefe wegen in Sext. verändert habe, woraus es leicht entstehen konnte.

CLXIII.

Stuttgart. 5 Aug. 1513.

Reverendo Abbæ in Ottenbura Dn. Leon. colendissimo suo Jo. Reuchlin.

Petis Reverende Abba et domine mi observandissime, ut Cantica Cant. græce Nicolao [1] tuo mittam, sane fecissem si haberem qui nec tibi neque illi hactenus quidquam negavi. Sed tantus mihi est erga linguarum idiomata et proprietates ardor, ut non valde laborare consueverim librum habere aliquem in alia lingua, quam in ea, in qua est conditus omnium primo, semper ipse timens de translatis quæ me sæpe quondam errare fecerunt. Quare Novum Testamentum græce lego, Vetus hebraice, in cujus expositione malo confidere meo quam alterius ingenio. Sic de cæteris soleo. Quanquam audire quoque alios non dedignor et multorum intellectus atque sensa libenter percipio, sicut cibos gusto non ut panem sed bellaria. Ita inconcinne transtulerunt quisque pro suo judicio. De contentione multum versata inter me et theologos Colonienses Nicolaum tuum facio certiorem quod Caesarea Majestas post porrectum ei librum latinum nuperrimæ defensionis meæ nobis universis ex omnibus partibus mandavit pacem et perpetuum silentium imposuit. Ut his literis [2] patet, quas hic ad te mitto. Sunt qui putent adversarios meos pacis futuros esse fractores. Ego pacem prosequar, nisi denuo pulsus gravissima injuria. Valete feliciter. Ex Stutgardia, nonis Sextil. 1513.

Gedruckt: Schelhorn, amœnitates (s. o.) s. 597 f.

CLXIV.

Ottobeuren. 13 Aug. 1513.

Frater Nicolaus Cubitus Joanni Reuchlin Phorcensi S. d.

Doctissime integerrimeque vir, quas ad patrem meum reverendum abbatem dedisti literas [3] legi, itaque excusationem tuam quam assignas, cur minus petitum a te librum huc miseris facile accipio. Ea enim mihi de tua est humanitate

*

1 Nicolao] Ellenbog. 2 Die urkunde ist leider nicht erhalten. Vgl. oben nro. CLX u. s. 187a 2. 3 S. vor. nro.

opinio, ut gratificaturus mihi sis in omnibus quæ factu tibi fuerint oportuna. Sed et literis tuis admonitus sententiam mutavi, nec amplius in veteri testamento aliam quam nativam linguam in qua primo omnium est editum, tantopere affectabo. Cæterum gratias tibi habeo de literis cæsareis mihi missis quibus et tibi et adversariis tuis silentium indicitur, nam voluptati mihi fuere permaximæ; jamdudum enim optabam, obscœna æmulorum tuorum ora claudi, quatenus quiete et literario otio liberius fruaris. Vale bene. Abba meus emeritus te plurimum valere optat, et ut aliquando ad nos concedas plurimum invitat. Ex Ottenbyrra 13 die Augusti 1513.

Msc. Ellenbog. lib. II epist. 47. fol. 133.

CLXV.

Stuttgart. 13 Aug. 1513.

Joannes Reuchlin an den Churfürsten Friedrich von Sachsen

überreicht seine übersetzung des lebens Constantin des grossen, mit einem sehr langen, weitschweifigen widmungsbriefe, in dem er, unter anführung schweren gelehrten materials, den versuch macht, Sachsen, Thüringen und Meissner mit Axenern, Mysern und Tyrigeten zu identificiren. Er preist den regen sinn des churfürsten für die wissenschaften, die von ihm gegründete universität und bibliothek: Hinc illa tua illustris cunctarum disciplinarum et omnigenæ philosophiæ universitas, quam a primis fundamentis magnifice plantasti, quam doctissimis viris ceu coronam fulgentibus gemmis adornasti, quam annona proventibus et stipendiis abunde ditasti. Hinc illa insignis bibliotheca, te architecto per artificum exquisitissimorum curam industriam diligentiam et ingenium nuper ex intimis areis ad fastigium educta, quæ sit omnium omnis formæ ac conditionis librorum illustre diversorium, quo cogis hospitari peregrina omnis ætatis et omnium autorum volumina. Am schluss heisst es: Quo ardentius ad te Saxonesque tuos confugio, ceu ad Phæacas et Alcinoum Ulysses, ut me contra quorumlibet latronum incursus semper tuearis. Ego enim cum Nasone [1] vera loquor

*

1 Ovid, Trist. lib. IV eleg. 8, 5 bis 8.

Nunc erat ut posito deberem fine laborum
Vivere, me nullo sollicitante metu
Quæque meæsemper placuerunt ocia menti
Carpere, et in studiis molliter esse meis.

Ad quod tu me tibi o illustrissime imperii Romani elector totis viribus pacifice conserva, cujus arbitrio et universitatis tuæ Vittenburgensis judicio scripta mea perpetuo foresubjecta promitto, Idibus sextilibus. Anno 1513.

Gedruckt: = Constantinus magnus (vgl. Reuchlin s. 96 anm. 3) [1].

CLXVI.

Erfurt. vor 22 Aug. 1513.

Petrejus Aprobacchus [2] an Reuchlin.

Schreibt auf Mutians aufforderung und spricht seine begeisterung für R., seinen hass gegen dessen gegner aus. R. habe in Erfurt viele freunde: Mutian, der dem zum kaiser reisenden churfürsten von Sachsen R.s sache warm empfohlen hätte, Spalatin, Urban, Crotus Rubianus; R. möge auch ihn in die zahl seiner freunde aufnehmen, ihn, den Peutinger und Tritheim nicht verschmäht hätten. Herphorthiæ.

Gedruckt: = J. v. e. y 4a.

CLXVII.

Erfurt. (kurz vor 22 Aug. 1513.)

Henricus Urbanus [3] an Reuchlin

stimmt von ganzem herzen der R.schen vertheidigungsschrift gegen die Kölner bei und sendet zum zeichen der beistimmung 4 distichen in Periphronas superstitiones vicio et malevolentia æstuantes mit einigen erklärenden anmerkungen. Vale.

Handschr. = Mutiansches briefmscr. der Frankfurter stadtbibliothek nro. 189 fol. 134. Gedruckt: = Tentzel, suppl. hist. Goth. p. 116 fg.

*

1 Auf diesen brief, namentlich den darin enthaltenen etymologisch-geschichtlichen versuch beziehen sich zwei undatierte briefe Mutians, der eine an Urbanus mit dem reizenden schluss: audi, quæso: fuere populi qui dicebantur Capnobatæ a fumo. Axeni autem et alii tales fuere. Et sicut olim fumosas imagines colebant, ita nunc favent fumo et colunt Janum Reuchlin (Tentzel, suppl. hist. Goth. s. 95 fg.); der andre an Schalbus (mscr. der Mut.schen briefe in der Frankfurter stadtbibl. nro. 143 fol. 109b).
2 Die wenigen nachrichten über P. A. hat Kampschulte: universität Erfurt I, passim zusammengestellt. 3 Kampschulte a. a. o.

CLXVIII.

Stuttgart. 22 Aug. 1513.

Mutiano Rufo, Egregio Decretorum Doctori, Viro eloquentissimo et amico suo amicissimo, Gothæ S. P. D.

Quom antea nihil esset, Mutiane vir ornatissime, quod mihi plus in partem jocundissimæ voluptatis evenisse judicavi, quam me abs te, ut mea fert opinio, vehementer amari, tum hoc tempore secundum fatorum seriem tua mihi amicitia non erit etiam utilius quicquam, id maxime, quando par studium totius vestræ sodalitatis literatoriæ in rem meam accesserit, quod et Petrejus Aperbacchus et Henricus Urbanus [1] cum tuis literis pollicentur, in quibus unus et idem communis Deo gratia, omnium vestrum conatus ostenditur diligendi mei. Unde consolabor tot patronis adjutus quod animo non fracto, quantavis in senecta, vincam quælibet adversa. Ut est equus generosus, etsi sit senex, tamen in malis animum suum non dejicit, quod Distichon Orestes in Sophoclis Electra loquitur [2].

Tu vero, quantam fenestram ad bene sperandum mihi patefeceris, credere vix queas; cum promissa justissimi Principis nostri [3] (jam enim cœpit mihi tecum fore communis) tantopere mihi exoptata recitaris. Fecerat idem Spalatinus meus, qui similiter negotium gessit ad perficiendam omnem voluntatem meam. Non deerit quoque Dux meus [4], tui Ducis amicissimus. Quare deinceps non sola veritate, qua sum hactenus defensus, verum una etiam a potentissimis hominibus, qui et veritatem amant et oderunt calumnias, favore tuebor, si quacunque audacia Imperialem pacem fregerint adversarii. Omnibus enim partibus Imperator pacem mandavit exprimendo nomina ductorum belli, ut in hac charta [5] videre licet,

*

1 Die briefe des Petrejus und Urbans s. o. nro. CLXVI und nro. CLXVII, ein gleichzeitiger brief Mutians ist nicht erhalten. Über die Erfurter sodalitas ist gleichfalls auf Kampschulte a. a. o. zu verweisen. 2 V. 25 sq. ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενὴς κἂν ᾖ γέρων ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν. 3 Principis] Friedrich der weise, kurfürst von Sachsen. 4 Dux] herzog Ulrich von Württemberg. In welcher weise dieser sich für sein interesse verwandte, zeigt sein brief an die Pariser theol. facultät vom 14 Juni 1514 s. unten. 5 Über diese nicht erhaltene urkunde oben nro. CLX. s. 187. a. 2.

quam tibi mitto conjunctam. Quanquam nescio, quid portenti quotidie minentur, ut sunt supra modum et modestiam nimis temerarii. Sed sperandum est vivis juxta Theocritum. Nam virtus etiam cum naufrago enatat, quod in Ulysse apud Phæacas vidimus. Jactabunt se forsitan vel Romæ, vel coram aliquo incompetenti judice per abundantiam pecuniarum suarum saltem ex matronis et viduis corrosarum, semivacuum marsupium meum superare posse. Sed quom famam meam intueor, quod optimum in humanis est, tum quamvis revera tenuis ego vitæ homo et nunc sola agricultura victum quæritans nullis stipendiis principum aut civitatum donatus sim; tamen acerbissimam egestatem ante feram, quam famam negligam. Ad quod me hortatur Demosthenes Olynthiacorum tertio qui ait: οὔτι σωφρόνων οὐδὲ γενναίων ἐστὶν ἀνθρώπων ἐλλείποντάς τι δι' ἔνδειαν χρημάτων τῶν τοῦ πολέμου εὐχερῶς τὰ τοιαῦτα ὀνείδη φέρειν [1] id est: Non utique modestorum, neque generosorum est hominum, deficientes quippiam propter inopiam pecuniarum belli, facile talia opprobia pati.

Sane multo maxime Friderici verba me confortant, optimi Principis, quæ sunt oraculi penes me loco: „Wir wollen In nit lassen hinziehn", cujus tu Hierophantes. Sed magnam de me es meritus gratiam, immo ingentem, quam tibi referre quidem, Deo concedente, possum; at Principi non possum, certe ob magnitudinem clementissimi animi erga me sui, quem per epistolam [2] ineffabili sua bonitate ipsemet mihimet ipsi ostendit, et Spalatinus ab ore Bernhardi de Hirsfeld, principalis cubicularii quoque promisit, tuque jam pridem divina responsa plane confirmas. Ne igitur interea non agerem, quod foret in principem gratitudinis indicium, constitui mecum vel aliquantulum muneris ei etsi minimum repræsentare magis quam omnino nihil offerre.

In tam igitur brevi temporis momento, tanta licet constructus molestia et tam importabili pressus cura, tamen ad laudem inclyti ducis Friderici nationisque tuæ, vitam Constantini Magni, majorum suorum propinqui e græco in latı-

1 Ol. 3, 20. 2 Die briefe des herzogs Friedrich und Spalatins sind leider nicht erhalten. Vgl. auch unten 31 Aug. 1513, nro. CLXX.

num transtuli cum præfatione honoris [1]. Eum libellum chalcographus adhuc usque hodie typo imprimit ad nundinas proximas Francophordiensis venum ducturus. Unde non dubium est ad te quin eat. Ego curabo diligenter, ut illustrissimo Duci emporio mittatur.

Quod autem Cæsareaneos ais male de me sentire, profecto non omnes ita sentiunt, sed forte, quorum ab ore sunt ubera subtracta consilio meo, etiam me ignorante. At ehodum! qui in domibus Regum sunt, mollibus vestiuntur. Non erit mihi grave illorum susurrum. Tu recte atque vere meam innocentiam defendisti de auro judaico quod nunquam cupivi. Nullo enim vitae meæ tempore vel aurum vel argentum, aut æris alicujus monetam a Judæo, vel Judæa, vel eorum loco ac nomine unquam accepi neque per me, neque per alium quenquam neque accipere speravi. Quod in oculo speculari de mendacio Pepericorni 22 [2] palam attestatus sum, idque nullis hactenus scriptionibus adversarii negare ausi fuerunt. Quid in aures autem quorumlibet mentiantur, scire nequeo.

De nummi ducalis munere, cui inscribitur: „Elector Imperiique locum tenens generalis“ ago tibi non leves gratias. Vidi, vidi ab ipsis Lydis qui, auctore Herodoto, primi hominum argenteum nomisma percusserunt, usque ad hanc ætatem nihil absolutius. Hoc illud est, Mutiane, quod ante annos quam plurimos meus mihi animus per Filiam vocis præsagivit, denuo fore aliquem Fridericum, qui rursus mundani freni rector fieret, quod Spalatino quondam scripsi [3]. Nunc per spiritum prophetia nos deficit. Cujus haud absimile scripsit Joannes Picus, Comes Mirandulanus, omnium ævi nostri (quod bilem pluribus sophistis et stomachum movent) doctissimus et litteratissimus in conclusione Cabalistarum antepenultima sic: „Sapientes Israel post cessationem prophetiæ per spiritum prophetarunt per Filiam vocis.“

Ego itaque reperi ante annos quatuordecim a veteribus Cabbalistis super verba Salomonis capite 30: „umelech al kum

1 Vgl. oben nro. CLXV. 2 Mendacio 22] augenspiegel fol. XLa. 3 Ein brief Reuchlins an Spalatin vor dem zeitpunkt, an dem wir stehn, ist nicht erhalten. Spalatin erzählt von einem aus d. j. 1511, vgl. Reuchlin s. 52, a. 2.

immo" [1]: quod nostra translatio inepte legit ita: „Nec est rex, qui resistat ei", certe antiquissimo charactere notatum in hanc sententiam: Regnabitque A. L. C. V. M prope eum quod tunc Hebræorum quidem interpretati sunt: Regnabit Albertus, Ludovicus, Conradus, Vredericus, Messias prope eum, putantes, suum Messiam venturum post Fridericum tertium propter literam M. Non enim cogitabant, ipsum fuisse habiturum hæredem, qui Maxæmilianus diceretur. Sed eventus dissipavit consilia eorum. Ego igitur interpretabor, post Vredericum tertium regnare Maxæmilianum et prope rursus alium Vredericum. Nam litera Vau intelligitur in hoc Oraculo Digamma Aeolicum, præsertim cum Noteriacon agitur, quod artis Cabalisticæ genus secundum esse perhibetur. Sed hæc, si Deus tranquillitatem studio nostro concesserit, posterius per libros tractabimus [2]. Accelerandum jam mihi est ad sodales nostros, Urbanum et Aperbacchium [3], ut eorum cuilibet vel unum versum Epistolæ dare queam in tanta festinatione et aliorum negotiorum circumstantia, ne se neglectos putent. Nam hæc ad lucernam scripsi μὰ δία. Vale feliciter amicissime Mutiane, et pacem mihi procura cum omnium studiosorum favore. Ex Stutgardia 11 Cal. Septembr. Anno 1513.

Jo. Reuchlin, Phorcensis, LL. doctor.

Gedruckt: = 1 Hekelii manipulus primus epistolarum singularium. Dresdae 1698. nro. 4 s. 10 bis 16; 2 = Tentzelii supplementum historiæ Gothanæ I b s. 17 bis 22.

CLXIX.

Stuttgart. 22 Aug. 1513.

Joannes Capnion an Heinrich Urban

dankt für seine freundschaftliche theilnahme [4], schickt ihm

*

1 Sprüche cap. 30, v. 31. Die angeführten worte, wörtlich: ein könig nichtauftreten gegen ihn, bedeuten wol: ein könig, dem niemand widerstehen kann. Von der kabbalistischen spielerei Reuchlins ist natürlich nichts zu halten. Ich erinnere mich, dass irgendwo diese stelle Reuchlins benützt worden ist um ihn zum propheten der reformation zu stempeln. Ein genaues betrachten der stelle zeigt freilich leicht, wie ungegründet das ist. 2 Ist bekanntlich später durch das Werk: de arte cabbalistica libri tres 1517 geschehen. 3 Der brief an Aperbach ist nicht erhalten, an Urban s. fg. nro. 4 Oben nro. CLXVII.

das kaiserliche mandat, das beiden parteien stillschweigen auferlegt und fordert ihn auf: Tu hoc Cæsaris mandatum fac, ut pro rostris publicum fiat. Ex Stuttgard, 11. Cal. Sept. a. 1513.

Handschr. Mut.s briefmscr. nro. 188, fol. 133b; gedruckt: = Tentzel, suppl. hist. goth. s. 115 fg.

CLXX.

Stuttgart. 31 Aug. 1513.

M. Georgio Spalatino [1], viro disertissimo ducum Saxoniæ literatissimo phrontistæ, amico suo colendissimo. [Joannes Reuchlin] s. d. p.

Quom omnia in te amplissimarum virtutum tuarum quæ in rem meam sint præconia mecum ipse recenseo, disertissime Georgi, nescio quid cui præferam, nihil inferius, omnia summa, primum eruditio et disciplina, deinde ingenii tui bonitas et altitudo animi, tum benevolentissima humanitas qua me prosequeris, sed post voluptatem quam ex tuis laudibus concipio nihil mihi utilius in præsentia succurrit, quam referendæ gratiæ liberalissima voluntas tua, qui de me tam libenter, tam amice, tam efflictim, tam honorifice ad inclytum ducem [2] et apud intimos cubicularios sermonem habueris, sola recordatione amoris erga te mei, quod perinde atque peculiare gratitudini dandum est.

Unde oritur illa nobilis illustrissimi principis consolatio, qua me confortat, in turbulentissimo adversitatis meæ statu, his verbis [3]: „So ist unnser begerung, Ir wellet unns des durch ewer schryben berichten, so wellen wir unns darauff so vil sich mit ichten leiden wil, ewer bitt nach, gnediglich dar Innen gegen euch erzeigen, dann euch mit gnaden sind wir gantz geneigt“, quod plane ingentem munificentissimumque

*

1 Über Spalatin vgl. Schlegel hist. vitæ G. Spalatini, Jenæ 1793; J. Wagner: G. Spalatin und die ref. der kirchen und schulen in Altenburg 1830; besonders Neudecker und Preller: G. Spalatins historischer nachlass und briefe, Jena 1851. 2 Ducem] Friedrich von Sachsen. 3 Ausser den hier angeführten worten ist von dem briefe des herzogs nichts bekannt. Vgl nro. CLXVIII und unten s. 197.

animum erga me ducis κατ' ἐξοχὴν ostendit. Quem si non diligerem, immo si non maxime amarem et non maximi facerem, ingratissimus et tui absimilis esse jure optimo judicarer. Ego vero non tantum amo, verum etiam observo tantum principem, quo nullus in imperio Romano præstantior, nullus firmior, nullus formidabilior, cujus ope, cujus auxilio injustissimis calumniatoribus facile resistam, accedente pariter adjutorio mei ducis [1] qui me non deseret, sed nunc in castris est Cæsareanis.

Fuit igitur officii mei gratum me Friderico nostro exhibere, cujus pollicitatione haud mediocriter delectatus sum. Nam Mutiano [2] illi utriusque nostrum amantissimo hæc verba dixit: „So hallten wir auch Reuchlin für ainen fürtreffennlichen mann, unnd wellen Ine nit laßen hinziehen". Sed in tam brevi tempore inter tot molestias curasque quid possem digni muneris retribuere? cum jam toga cedat armis, non arma togæ, nisi aliquid quantumcunque minutum chartario calamo excudam, quo pateat me beneficiis incensum, Friderici summa virtute principis gloriam ardere, ac nomen colere, colendumque omnibus exhibere, propter quem et prosapiam Saxonum patriamque Mysiorum et Tyregetarum populos callaudem [3].

Hunc igitur libellum utcunque potui exiguis lucubrationibus edidi, quem ad te mitto, ut et legas et quid insit principi ostendas. Mitto etiam Cæsaris Mandatum in quo ex omni parte inter nos pacem imperat et silentium. At quum soli ductores belli expressis in eodem verbis nominantur: Pfefferkorn, Arnoldus et Reuchlin, oro ut diligenter apud ducem instes, sua magnificentissima dominatio dignetur apud Imperatorem super eo mandato declarationem impetrare, scilicet quid intentio Majestatis suae fuerit etiam de adhærentibus et quibuslibet sua vel alterius interesse putantibus, quare hoc mandatum non solum ad nominatos, sed etiam ad universos et singulos adhærentes fautores et sua vel alterius cujusque interesse putantes extendendum et extentum esse Cæsarea

*

1 Ducis] herzog Ulrich von Würtemberg. 2 Mutiano] vgl. oben Reuchlin an Mutian 22 Aug. 1513. 3 Vgl. Reuchlins vorrede zum Constantinus magnus. Oben nro. CLXV.

Majestas velit, declaret et decernat. Quare nihil mihi jam gratius effeceris, quanquam de jure inesse videatur.

Habes quotidie, ut arbitror, ad ducem tuos nuncios et tabellarios, cum quibus et libellum hunc meum cum tuis una literis mittas, et quicquid egerit apud Imperatorem, recipias mihi postea transmittendum, etiam meis expensis, si fuerit expensarum dignum. Nam semper nescio quid minantur et parvi et pravi homines, quod ad Curiam Romanam citare me præsumant, quod non tam abhorrerem, si [1]
sic dives mihi esset, ut illis. Nosti scripturam: Comedunt domos viduarum et arant in vitula proximi, ut inveniant propositiones [2]. Ego autem rus colo et sola vivo agricolatione, nec stipem mereor ullius vel principis vel civitatis, posteaquam altera immo alia Confœderatio cœpit et Augustam a nobis quam remotissime translata est. Nec ullo sum aut fui tempore mercenarius patronus. Tu facito ut frater et vale fœliciter. Nequeo pluribus quia calamus finditur [3], frangitur et crepit medius. Iterum optime vale, constantissime amice. Ex Stutgardia. Prid. Kal. Septembres Anno 1513.

Joannes Reuchlin Phorcensis LL. doctor.

1 = Autograph Reuchlins in der handschrift des herz. bibl. zu Wolfenbüttel 86. 10. extr. fol. bl. 4; bl. 5 die adresse. (Die handschrift 626 bll. in fol. enthält einige briefe an Spalatin z. b. von Jacob Faber, einige autographen von Luther und Melanchton, hauptsächlich briefe von und an theologen aus der zweiten hälfte des 16 jahrhunderts.)

CLXXI.

Stuttgart. 31 Aug. 1513.

Joannes Reuchlin Phorcensis an Jacob Faber [4].

Vertrauend auf die freundschaftliche gesinnung, die Faber [5] in seinen werken oft ausgesprochen, wage R., ihm einen traurigen brief zu schreiben. Er wäre seit mehreren jahren von den Kölner theologen verfolgt, die auch schon andre juristen, z. b. den Peter Ravennas [6] geplagt hätten. Das ge-

*

1 Eine kleine lücke in der handschrift. 2 Matth. 23, 14. 3 Fing ausgestrichen vor finditur 1. 4 Über Faber vgl. oben nro. CXI. 5 Faber] den namen gebraucht auch Hutten zu einem wortspiel: Fabrum, qui philosophiam exquisite fabri fecit illustrato Aristotele. An Pirckheimer 25 Okt. 1518 bei Böcking I, s. 216 v. 26 f. 6 Vgl. Muther: aus dem univ.-

schähe wol wegen seiner verdienste um die hebräische sprache. Quodque non ignorarent, me ante omnes annis citra quadraginta rursus Alemanniæ scholam græca elementa docuisse, quæ ipse ego quondam in vestra Gallia ex discipulis Gregorii Tiphernatis adulescens Parisii acceperam anno Domini 1473 quo in tempore illic et Joannem Lapidanum theologiæ doctorem in grammaticis ad Serbonam, et Guilielmum Tardivum Aniciensem in vico S. Genovefæ et Roberthum Gaguinum apud Maturinos in Rhetoricis præceptores audivi, cum essem e familia Marchionis Friderici Principis Badensis, nunc Episcopi Trajectentis συμφοιτητής [1]. Demum post aliquot annos e Suevia rediens ad Parisios Georgium Hermonymum Spartiaten græce docentem assequutus sum. Cunque optimarum literarum studiosi omnes nostrates confiteantur se græca et hebraica me autore primario didicisse, non potuit adversariorum barbarorum mera superbia æquo animo ferre tanta meæ famæ præconia, persæpe formidantium, quod ornatioribus doctrinis imbuta posteritas, puerilia studia et aniles disciplinas, quæ jandiu in nostra consuetudine versantur, contemnat. Gegen diese angriffe habe er sich vertheidigt, schicke ihm die schrift und das erlangte kaiserliche mandat, und bitte ihn, die vertheidigungsschrift der Pariser fakultät zu überreichen und bei ihr warm zu seinen gunsten zu sprechen. Ex Stutgardia, ad circiter prid. kal. Sept. anno 1513.

Gedruckt: 1 = J. v. e. v^b bis v. 3^a; 2 = Bulæus, historia universitatis Parisiensis VI, p. 61 bis 63; 3 = Herminjard, correspondance des réformateurs dans les pays de langue française I, (1866) s. 9. 15.

CLXXII.

Mainz 9 Sept. 1513.

Jacobus Hochstraten inquisitor Coloniensis an Reuchlin

citirt ihn, ut ad diem sextum proxime post ejusmodi citationis executionem compareret Moguntiæ.

Vgl. acta judiciorum (vgl. Böcking suppl. II, s. 100) A 2^a.

*

und gelehrtenleben im za. der ref., Erlangen 1866, s. 95 bis 128, 371 bis 395.

1 Über die hier genannten personen vgl. Herminjard a. a. o. und Reuchlin s. 9 ff.

CLXXIII.

Mainz 27 Sept. 1513.

Dekan und Capitel der Mainzer Kirche an Reuchlin

fordern ihn auf, nach Mainz zu kommen, da die processverhandlung bis zum 12 Oktober verschoben sei [1].

Vgl. acta judiciorum B 3^b fg.

CLXXIV.

Erfurt. 15 Okt. 1513.

Henricus Urbanus an Reuchlin

entschuldigt Mutians schweigen mit seiner krankheit und wünscht, dass die Erfurter facultät den verdammungsurtheilen der übrigen nicht zustimmen möge. Ex Erphurdia, natali Vergiliano [2].

Handschr.: mscr. der Mut. briefe nro. 162, fol. 120^b; gedr. = Tentzel suppl. hist. Goth. I, S. 108 fg.

CLXXV.

Stuttgart. 30 Nov. 1513.

[Reuchlinus Jacobo Wymphelingo] [3] S. D. S. Unus. Duo. Tres. Quartus. [4]

O amice Wimphelinge [5]. Ubi nunc est ex omni fratrum

*

1 Über die einzelheiten des Mainzer processes s. Reuchlin s. 290 ff., über unsern brief s. 294. a. 4. Nachricht von denselben gibt auch Mutian an Urban die larvarum 1513 (Tentzel suppl. I, 101). 2 Über die bemühungen der Erfurter humanisten, seitens der universität ein günstiges urtheil zu erlangen, vgl. auch Mutian an Urban 15 Okt. und undat. (briefmscr.) nro. 125, fol. 98^b; Tentzel I, p. 97 fg.; nro. 126 fol. 99^a ungedruckt. 3 Über Wimpheling vgl. Wiskowatoff. Berlin 1867. 4 Einen sinn der formel: unus, duo, tres, quartus vermag ich nicht anzugeben. 5 Wimpheling war kein eifriger parteigänger Reuchlins, aber noch weniger ein anhänger der gegner. Der vorliegende brief mag zum theil geschrieben sein, um ihn zur thätigen parteinahme zu bewegen. Vgl. Gött. gel. anz. 1868 s. 1679. Das gelang freilich nicht. Von Wimphelings theilnahme am kampfe ist nachher ebensowenig bekannt, als vorher. Ohne zweifel aber waren seine gesinnungen für Reuchlin die der freundschaft und anerkennung und er stimmte wol mit Erasmus überein, der ihm schrieb (Basileæ 1514 XI kal. Oct.) Absolutissimum virum D. Joannem Reuchlin tot literis, tot linguis præditum, ut plura corda quam Ennius habere videatur, unicum mea sententia et totius Germaniæ decus lumen et ornamentum, tam procul hinc

Prædicatorum in Alemanniæ provincia numero, qui me fraterna charitate, quam de illis longo jam tempore, imo longissimo et consiliis meis et auxiliis meritus sum prosequatur? Sic enim Socrates apud Platonis Timæum ejulat. Et heu prisca fides! Nemo hercule! Nemo. Magis autem quassato jam in tertium mihi annum et a latronibus vulnerato non est, qui opem ferat, non est, qui consulat, neque Sacerdos, neque Levita, prædicatorum præsertim eorum, in quos tot et tanta beneficia contuli, ut illa suis literis attestentur [1], satis enunciare non posse. Denuo Samaritanus, id est, secundum etymologiam suam, observator quidam, elegans Scotista, in tempore succurrit, evangelicam observans regulam, ut asini proximum ex puteo absque nocumento traheret. Et subito Deus, ecce Deus! in me namque comprehendendo, prædicatores ita sunt excœcati, ut nec Evangelium professionis suæ imitantes, nec ecclesiæ canones, neque modum, neque modestiam norint. Rogavi namque Dominum in Dothan et dixi: percute, obsecro, hanc gentem cæcitate, percussitque eos Dominus ne viderent et ne agnoscerent viam [2].

Quod luce clarius intelliges. Nam 17 kal. Octobres [3] Jacobus Hochstraten, prior Coloniensis Prædicatorum, qui se nominat inquisitorem provinciæ Moguntinæ [4], cum tamen is neque sit neque esse possit ex ordinis sui constitutionibus, misit ad me scripturam privatam et non authenticam, nec ipse nuncius de commissione sua fidem fecerat, qua me citavit, ut essem Moguntiæ post earum litterarum insinuationem sexta die, hora mane octava, ut viderem contra libellum meum oculare speculum procedi rigoroso ut ipse ajebat, processu, nemine accusante, nullo deferente aut denunciante, sed ex sola temeritate sua ac superbia. Jam sentis volandum

*

abesse doleo, ut ægre literis etiam colloqui liceat. (Riegger amœn. lit. Friburg. II s. 377.)

1 Vgl. oben die briefe nro. LXXXVIII ff. 2 Vgl. 4. Mos. 16, 14.
3 Nach den akten ist diese zeitbestimmung nicht richtig, Hochstraten schickte den brief am 9, Reuchlin sollte am 15 Sept. erscheinen s. n. CLXXII.
4 So nennt sich Hochstraten nicht, sondern inquisitor Coloniensis, volens jurisdictionem suam . . in moguntina provincia exercere. . Acta judiciorum A ii*.

mihi fuisset a Stutgardia Moguntiam spatio 22 milliarium alemannicorum, quæ faciunt plus quam centum et decem, leucas legales [1] idque in diebus quatuor cum dimidio, in causa tangente rem maxime arduam, scilicet famam, honorem et capitis diminutionem. Misi procuratorem [2] cum mandato, ut Jacobum illum Prædicatorem cum suis complicibus, erat enim suorum fraterculorum caterva stipatus, judicem recusaret ut inimicum mihi atque libellis meis quam maxime suspectum. Quod docebam per multos articulos [3] in scriptis exhibitos ad quorum veritatem probandam in continenti me obtuli coram arbitris juris compariturum, et nominavi pro mea parte vicarium episcopi Wormaciensis [4], petent, et ipse suum nominaret arbitrum, coram quibus ea suspicio legitime veniret probanda, prout de jure.

At frater Jacobus refutavit ac renuit ire via juris, sed ut ipse cum suis contribulibus adversum me hactenus consuevit, violentia facti elegit et recusationem admittere noluit. A quo gravamine meus procurator appellavit [5] ad sedem Apostolicam, cui Apostolos refutatorios ille dedit. Et sic finita est hæc instantia. Postea vero me nesciente frater Jacobus factus est pars, qui prius voluit esse judex, et a domino Moguntino tanquam ordinario loci etiam adminiculo imperialis [6] mandati surreptitii et obreptitii delegatos quosdam impetravit commissarios omnes Thomistas et mihi quam suspectissimos, sibi autem amicissimos, quibus suam prætensam jurisdictionem subdelegavit.

Cumque jam vellent alterum processum, imo alium contra libellos meos instituere, timentes ne forte in mea præsentia e jure nihil agere possent, affixerunt circiter 6. Kal. Octobres mane ad valvas ecclesiæ majoris Moguntiæ loco citationis quoddam generale edictum, non inserta ulla commissione, nec ullo expresso nomine citandorum, in hanc sententiam: „ut quisquis sua putaret interesse, compareret hora tertia ejus-

*

1 Centum et decem] prope nonaginta sagen die acta a. a O. 2 Procurat.] Petrus Staffel de Nürtingen, wie aus den acta zu ersehen. 3 Articulos] s. acta iud. Bb B iia. 4 Vicarium] Johannes Wacker s. o. 1499. 5 Acta iudic. B iib fg. 6 Imp. mand.] Ein solches, um diese zeit erschienenes ist nicht erhalten. Vgl. über die erzählung Reuchlin s. 292.

dem diei postmeridiana ad videndum procedi contra oculare speculum Johannis Reuchlin Phorcen.“ Itaque hora tertia ejusdem diei sessionem publicam habuerunt in ambitu ecclesiæ majoris Moguntinæ, ubi frater Jacobus Hochstraten vel de alta platea exhibuit articulos loco libelli absque ullo adversario, cui datus est terminus ad probandum die crastina immediate sequenti, mane hora octava. Tunc eodem die processit ad testium examinationem eorum, quos secum adduxerat ordinis sui, nemine adversante. Super quo præfixerunt terminum ad horam tertiam ejusdem diei postmeridianam ad concludendum in causa. Qua hora veniente concluserunt, quia, ut concupiverant, non habuerunt adversarium; et interposuerunt decretum, quid in ea causa conclusum esset et pro concluso habendum: „statuentes terminum pro ferenda sententia definitiva, ad proximam diem juridicam“.

Quam quidem sententiam et frater [1] Jacobus, qui fuit pars et commissarii una simul pariter omnes inter se contra libellum meum clam conceperunt, videlicet, ut publice traderetur igni comburendus, in medio fori Moguntiæ. Quapropter feria tertia proxime præcedente promulgaverant in ecclesiis publice mandatum [2] quod quicunque haberet libellum, oculare speculum, nominatum deberet offerre ad manus inquisitoris sub pœna excommunicationis. Ortus est igitur non mediocris tumultus inter studentes juris et doctores quosdam universitatis, aliosque ibidem quam plurimos dicentes: „se nunquam tam maleficum processum ac tam iniquum audivisse, neque legisse, ubi tantopere cuncta præcipitarentur cum injuria et ut ajunt, nulliter.“ Quo moti reverendi et venerabiles domini, decanus et capitulum ecclesiæ cathedralis, conabantur ad hoc, ut apud eosdem impetrarent aliquantulam dilationem sententiæ conceptæ quia sperarent ad scripta eorum me personaliter venturum, tunc vellent de mediis concordiæ cogitare in rem utriusque partis.

Prædicatores autem jam divulgaverant me nunquam esse venturum, nec me audere illorum vultus aspicere; quare acceptarunt eandem dilationem usque ad quartam feriam post diem

*

1 Fratres 1. 2 mandatum] vom 8 Oktober. Acta B iiib f.

S. Dionysii [1], in qua ferenda esset sententia mane ejusdem diei hora octava. Quid multis? Decanus et capitulum velociter id negotium totum ad me scripserunt. Et ego mox aderam in die S. Dionysii. Caterva autem fratrum scientes duos tantum dies interesse usque ad feriam quartam ferendæ sententiæ nulla media concordia ejus oblata voluerunt acceptare, nisi quæ mihi essent probro et æterno dedecori futura. Ego vero nolui esse crudelis, qui famam negligerem. Unde omnia famosa recusavi et coram notario testibusque a tantis gravaminibus tam futuris quam præsentibus, appellavi ad Sedem Apostolicam. Videntes autem domini de capitulo, quod prædicatores malitiose fraudulenterque diem de die traherent blandis verbis, ut nihilominus ad sententiam ferendam quam de combustione librorum meorum jam inter se clam conceperant, irrefragabili spe venirent, et per hoc sive jure seu injuria famam meam læderent, ipsi negotium totum et causam omnem cum celeri nuntio ad reverendissimum archiepiscopum, dominum Moguntinum tunc in Asthaffelnach [2] existentem, per literas miserunt, qui confestim [3], mox, illico suis commissariis rescripsit, ut actum suspenderent ad mensis spatium, de voluntate inquisitoris et suorum etc., sub spe bonæ concordiæ, cujus sua dominatio pollicita est media invenire. Sin autem nollent consentire in suspensionem, tunc revocavit eos, ne ultra procederent, alioquin declaravit acta per eos et agenda nullius esse roboris ac firmitatis, imo nunc pro tunc ea omnia cassavit, irritavit, adnullavit et nulla esse voluit pro meliori forma.

Jamjam aderat terribilis ille dies sententiæ ferendæ, quæ fuit quarta feria [4], in qua creatum est luminare minus ut præesset nocti [5]: et hora mane octava cum nondum rediisset a domino Moguntino nuncius præmemoratus, nec antea aliquis adversariorum meorum sciret quicquam de nuncio misso aut remittendo venerunt et pavonum gressibus incesserunt amplissimi patres et fratres prædicatores cum suo in-

*

1 Quartam feriam] 12 Okt., acta jud. B 3. 2 Asthaffelnach = Aschaffenburg. 3 Confestim] brief des erzbischofs von 12 Okt. die acta B 4a geben auch nur eine inhaltsangabe desselben. 4 Quarta] 12 Okt. 5 Creatum est] Gen. 1, 16.

quisitore irruentes turmatim certe cum ingenti pompa, et simul doctores theologiæ plurimi, et de Colonia et de Lovania et de Erdfordia, ut dicebatur, quos secum adduxerant. Denique trecentos etiam dies donaverunt indulgentiarum ex thesauro Ecclesiæ catholicæ omnibus quicunque huic actui adessent, unde accurrerunt plus quam mille homines, cupientes videre finem. Jamque pro tribunali sedere cœperant graves illæ columnæ ecclesiæ, sub quorum pedibus terra tremit, ac una cum eis sedet et prætensissimus inquisitor tanquam Judas, volui dicere judex, qui prius fuit pars, tum ecce! accurrit nuncius archiepiscopi cum mandato superius commemorato, quod illis requisitus notarius insinuavit, clara voce legendo coram omni populo, erat enim in lingua teutonica conscriptum, et deciderunt vultus illorum pronosorum, ut vix hiscere quirent.

Tunc surrexit Jacobus ille de alta platea et protestabatur de denegata justicia, profecto nimium frivole et super quam ferri decet temerarie, contra tantum et tam reverendissimum dominum Moguntinum, qui non denegavit justiciam sed fovit. Sic enim constituitur in Concilio Carthaginensi IV: „Studendum est episcopis, ut dissidentes fratres, sive clericos, sive laicos ad pacem magis, quam ad judicium coërceant". Et hoc maxime quacunque in causa, quando judicium oritur ex odio aut longinqua inter se lite, ut est in nostro casu. Nam sic in concilio Agathensi continetur. Unde Honorius tertius Cardinali S. Praxedis ita scripsit: „poteris ad componendum interponere partes tuas et interdum aliquid severitati detrahere". Iccirco mentitus est Altiplatensis [1], quod sibi denegata fuerat justicia.

Hoc modo confusi rubore, imo quidam eorum livore pallidi a conspectu hominum se subtraxerunt, per quendam ambitus illius strictum angiportum in domum vicinam canonici nescio cujus, scilicet beatae Virginis ad gradus, cum multa subsannatione insequentibus pueris et stridentibus adultis cum omnium voto et imprecatione hac non occulta: „Utinam fratres isti arvales ipsi comburerentur, qui huic viro bono voluerunt facere injuriam et irrogare infamiam". Ego abii tandem et

*

1 Altiplacensis 1.

post meum recessum ex Moguntia furibundus iste fraterculus nomine inquisitor, appellationem contra reverendissimum dominum Moguntinum misit [1] et ei cum notario et testibus insinuavit, ac nihilominus ad valvas ecclesiæ Moguntinæ eandem appellationem intimavit cum insertis atrocissimis injuriis, nominatim in hæc verba sic dicens: „quod ipse archiepiscopus temere de facto iniquum ponendo impedimentum suis litteris ejus sigillo communitis in figura judicii tempore faciendæ sententiæ publice lectis et publicatis suos ad hujusmodi inquisitionis negotium et in causa fidei deputatos commissarios, quos in suspensionem causæ ad mensem consentire noluerimus, expresse revocasse dicitur et revocavit in orthodoxæ fidei et ecclesiæ catholicae læsionem, processus fidei sinceriter et legitimi instituti irrisionem et illusionem Christi fidelium et nostri officii scandalum, justitiæ impedimentum ac in gravissimum et intollerabile nostrum damnum pariter et gravamen". Et cætera multo turpiora.

Quo factum est, ut appellationibus nostris reverendissimus dominus Moguntinus detulerit et amplius in causa nostra manus apponere nolit. De quo egi maximas excellentissimæ dominationi [2] gratias. Et sic prædonum strictos evasi gladios et [3] dominus Deus erat mecum, quum alieni insurrexerunt adversum me et fortes quæsiverunt animam meam et non proposuerunt Deum ante conspectum suum [4]; iccirco nunc scio vere, quia misit dominus angelum suum et eripuit me de manu inquinatoris et omni expectatione prædicatorum. Eram enim Dei gratia in appellatione mea bene fundatus.

In calce hoc adjungere placuit, quod prædicatores ante hunc processum petiverunt, me nesciente, consilia a facultate theologiæ studii Lovaniensis et Erdfordiensis [5], doloque malo deceperunt consulentes doctores universitatum, falsi suggestione proposita. Nam cum sit oculare speculum unus totus et integer liber sui ipsius declarativus in uno corpore comprehendens consilium meum et ejusdem declarationem meam tam latinam, quam teutonicam, isti prædicatores excerpserunt tantummodo consilium sine declaratione et alia folia et alios

*

1 amisit 1. 2 dominationis 1. 3 gladios ex 1. 4 ps. 54, 5. 5 Vgl. Reuchlin s. 282 ff.

quinterniones deposuerunt, ut seorsum de consilio meo non declarato tractarent. Et ita nobis quoque confessi sunt commissarii judices, quod in processu isto nullam viderint declarationem, sed sit processus super nudo consilio. Quis unquam a libris Augustini removit retractationes suas atque declarationes? Quis a vetere Testamento novum deposuit? Quis a Thoma de Aquino Capreolum segregavit? Quis in jure Codicem a Digestis exulare fecit? Quis unquam declarationem a declarato separavit? præter hos solos theologistas.

Quare obsecro te, ut hæc scripta mea egregio doctori Sebastiano Brant communices et cæteris doctissimis viris tam in theologia, quam in jure, oresque meo nomine, ut judicent: „sitne præfatus processus ipso jure nullus, an vero adnullandus?“ Deinde quod theologorum et juristarum erit: „Utrum libellus quantumcunque ineptus, tamen re adhuc integra per ipsum libellantem ita sufficienter declaratus, ut nemini possit esse nocivus et offensivus et ita uno et eodem tempore atque in uno simul corpore editus ac publicatus, possit de jure separatim discerpi et remota declaratione sufficienti in reliquo nudo et spoliato dentibus lacerari ac ignibus tradi in sui autoris maximum præjudicium et gravissimum damnum?“ Has quæstiones amicis nostris per litteras digneris mittere, ut eorum conclusiones me non lateant. Obsecro per veterem nostram amicitiam. Vale, ex Stuttgardia in die S. Andreæ Anno 1513.

Joh. Reuchlin LL. Doctor.

Gedruckt: 1 = Majus, vita Reuchlini s. 390 bis 397 [1].

CLXXVI.

[Stuttgart.] [? 1513 ?] [2]

Demm frommen unnd eerenfesten Maister Hannsen Ammerbach, buchtrucker zu Basel minem guten fründt [Jo. Reuchlin].

Min willig dienst zuvor, lieber maister Hanns Ammerbach,

*

1 Majus gibt nicht an, woher er diesen brief genommen hat. 2 Ich setze den undatierten brief in dieses jahr, und nicht früher, weil sich in ihm offenbar noch die verstimmung zu erkennen gibt, deren grund aus dem briefe vom 31 Aug. 1512 ersichtlich ist. S. o. nro. CLII.

min gutt frünndt. Zyr [1], zoüger dis brieffs hat mir gebracht rhetoricorum Augustini, darinn warlich Augustinus ain rhetor geweßen ist, aber nit orator. Unnd ir haben mich gebetten, die griecheschen wörter zu corrigieren. Wöllt ich üch inn ganntzer warhait gernn dienen, alls vor allwegen; so hon ichs dismals nit mögen tun, dann ich bin yetz ain lannge zyt ann demm feber unnd geelsucht, die mann nennt ictericien unnd demm schwerenn husten gelegen, unnd ob das nit were, so sag ich üch, das ich uß minem kopff unnd sinne söllichs nit gedörst erfollen, ich hette dann die bücher darzu. Nun hon ich mich bißher söllicher griechescher bücher nit geflißen zu überkommen inn rhetorica. Ich hon nit gewißt, weder eere noch nutz daruß zu erlanngen, angesenhen das ich acht, die latinischen syen beßer worden dann die griecheschen gewesen sind, unnd allain inn der selben kunnst rethorica unnd sust inn kainer anndern, es sy dann in moralibus.

Darumb hon ich der griecheschen bücher herinn nit geachtett. Aber inn anndern facultàtibus hab ich ain gutt notturfft. Ich will üch aber ain gutten rat geben. Es ligt ain klain buch zu den predigern by üch zu Basel, stat daruff Hermogenis et Aphthonii rhetorica. Wann ainer by üch ist, der griechesch kan, der finndt all terminos darinn, der ir bedörffen. Ist aber nyeman vorhannden, so schicken mir dasselb buch, so will ichs thun. Zyr hat mir gesagt, üch zu lieb wöll er es gernn füren, sußt bedarff ich sin nit; nitmer, was üch lieb ist, das ist mir ouch lieb. Valete.

Jo. Reuchlin LL. doc.

Aus: Basler universitätsbibl. handschr. G. II, 13a nro. 69 autograph.

CLXXVII.

Wien. (1513.)

Jacobus Spiegel Selestatinus [2] an Reuchlin

schickt einen brief des Andreas Stiborius, freut sich, dass Reuchlin durch das kaiserliche edikt getröstet sei, hat die

*

1 Cyrus, der oftgenannte bote zwischen Stuttgart und Basel. 2 Vgl. M. Adam vitæ germ. jureconsult. Heidelberg 1620, s. 66 fg.

defensio, welche Reuchlin ihm in Geislingen gegeben [1], dem Ulrich Zasius [2] geschenkt, trotz seiner anstrengungen aber kein anderes exemplar erhalten können und bittet R., ihm eins zuzuschicken. Ex Vienna Austria (!).

Gedruckt: = J. v. e. D. 4.

CLXXVIII.

Cöln. 2 Jan. 1514.

Henricus Glareanus Helvetius [3], poeta laureatus an Reuchlin.

theilt Reuchlin mit, dass sich in Köln auch eine grosse zahl seiner anhänger befinde.

Est in primis Joannes Cæsarius Juliacensis [4], vir multa doctrina clarus, græcæ linguæ peritus. Est Hermannus Buschius [5] optimo in te animo, qui quotidianas rixas ob nomen tuum patitur, quique, etsi carmina in famosum illum Tungari

*

1 S. Reuchlin s. 279. 2 Vgl. Stintzing, Ulrich Zasius. Basel 1857. Am reuchlinischen streit nahm er keinen aktiven antheil; unsere stelle ist die einzige, die zeigt, dass er überhaupt dafür interesse hatte. In seinen briefen (gesammelt von Jos. Ant. Riegger, Ulm 1774, 2 buch, findet sich nur eine stelle, in der von Reuchlin die Rede ist; an Budaeus 1 Sept. 1519: nam quid aliud si illustri Joanni Capnioni credimus, Cicero in philosophicis fuit, quam Platonis animus. 3 Vgl. Schreiber: H. Loriti Glareanus, Freiberg 1837. 4 Joh. Cæsarius geb. c. 1468 in Jülich, kommt 1491 nach Köln, erleidet schon 1504 daselbst eine verfolgung, geht 1508 mit dem jungen grafen von Nuenaar nach Bologna, beginnt 1510 vorlesungen über das griechische in Köln, begründet 1513 das studium dieser sprache in Münster, wird erzieher der söhne der grafen von Stolberg, Wied, Solms, Schauenburg, Isenburg, die er z. th. nach ihrem wohnsitz begleitet, stirbt 1551 im fraterhause der Hieronymiten zu Köln. Er steht mit den gelehrten: Erasmus, Reuchlin, Pirckheimer in verbindung, Luther und Melanchthon rechnet er zu seinen freunden. Briefe von ihm an Bullinger in Zürich und Johann Lange in Erfurt sind erhalten. Er war der reformation zugeneigt, weswegen er aus Köln entweichen musste, verliess aber äusserlich die katholische kirche nicht. Von seinen schriften sind namentlich die über dialektik und rhetorik, die ausgaben alter schriftsteller: Plinius, der grammatiker Diomedes, Solinus zu nennen. Vgl. Erhard l. c. bd. III; Krafft, aufzeichnungen Heinrich Bullingers Elberfeld 1870 s. 32 bis 36, 123 bis 137, briefe des Cæs. an Bull. mit sehr werthvollen bemerkungen: Cod. Goth. 399 fol. 223, 232 bis 236; briefe an Joh. Lange. 5 Über Busch vgl. unten nro. CXCII, s. 226. über die hier erwähnte geschichte s. Reuchlin s. 300 fg.

1 Über Colet vgl. besonders Seebohm, the Oxford reformers of 1498, London 1867. 2 Epistolam] die widmung zu der ausgabe des neuen testaments. 3 Breve] 10 Juli 1515 in der briefsammlung des Er. (Opp. ed. Lugd. Bat. III), col. 156 fg. epist. CLXXVIII. 4 Raphael und Grimani, vgl. oben nro. CCIX, a. 2. 5 Über den hier angedeuteten aufenthalt Erasmus in England vgl. Drummond II, 206 ff. 6 Petrum Ægidium]. In dem von ihm selbst verfassten verzeichniss seiner schriften (catalogus lucubrationum) sagt Erasmus: est autem liber unus de parabolis sive similibus ad Petrum Ægidium iureconsultum et civem Antwerpiensem quondam mihi studiorum sodalem. Vor der ausgabe der werke Lugd. Bat. 1703, fol. 11.

id mihi certo reddetur. Bene vale, Germaniæ nostræ decus. Si Philippum [1] juvenem ad Roffensem miseris tuis commendatum literis, mihi crede, tractabitur humanissime, et ad amplissimam fortunam provehetur. Nec usquam continget plus ocii ad optimas literas. Fortassis ille sitit Italiam. At his temporibus Italiam habet Anglia et ni plane fallor, quiddam Italia præstantius. Rursum vale. Calecii VI. KAL. Septembres.

Gedruckt: = J. v. e. s iiii[b] bis t[a].

CCXXII.

(Mainz.) 31 Aug. (1516).

Henrichus Stromer Aurbacchius [2], medicinæ doctor, Johanni Reuchlin Phorcensi LL. doctori S. D. P.

Ne mireris, vir eloquentia atque juris prudentia absolutissime, quod ego tibi incognitus incultis verbis audeam tuis tersissimis auribus obstrepere [3]. Id enim evenit, non ex temeritate, sed incredibili et flagranti nostro ergà universos eruditos homines amore. Es enim homo syncero amore et summa veneratione dignissimus, qui primus hebraicam linguam solute hactenus ac rustice stridentem, donec abs te legibus dicendi subjiceretur, grammaticis nodis apte et concinne perstrinxeris, tam aperto artificio quod vel mediocre ingenio præditus suo Marte tuis ex præceptis perdiscere valeat, officium certe cunctis mortalibus, obviis ulnis excipiendum, cum summa gratitudinis relatione. Taceo quam bene meritus sis de latina gente tuis multivariis poëmatibus [4] admodum ornate excusis. Nam, quoties tua intueor scripta, id de te judico quod longe eruditissimi viri omnes. Ignosce quod me doctissimis annumeravi. Judicat autem doctus eruditorum exercitus non minus recte quam vere, te universam Germaniam atque etiam Latium græco, latino, et hebraico sermone, tribus summis eloquiis istis

*

1 Philippum] Melanchthonem? Über diesen plan Reuchlins ist sonst nichts bekannt. 2 Vgl. über ihn Erhard, gesch. des wiederaufblühens u. s. w. bd. III. 3 Ein ebenso begeistertes lob Reuchlins schreibt Stromer an Pirckheimer 7 Nov. 1517, bei Böcking I, s. 155. 4 Außer den beiden comödien Reuchlins sind nur sehr wenige und ganz unbedeutende poëmata Reuchlins bekannt.

illustrasse. Camillum profecto omnium sententia in Germania refers, tu, qui bonas literas cadentes et marcescentes in pristinum nitorem sustuleris. Solus omnibus Germanis ingenii decus et gloriam præfers, solus Germaniam literis ubique gentium ornas. Itaque magna tibi debet Germania, qui unicum germanicæ virtutis sis monumentum. Merito igitur Germani tuas deplorant adversitates. Aequissimo jure adversus tuum nequissimum hostem, tui causa inirent sanguinolentum prælium, quod is infamis famicida, juris et æquitatis atrox prævaricator, tuam venerandam senectutem, famam puram præclarissimam doctrinam calumniatur, lacerat, et pedibus subdere nititur. Utinam ima tellus dehiscat, et tinctum Judæum devoret, atque etiam atram pseudotheologorum aciem et ærumnosam fraterculorum conventionem, quod inutile ignarum atque atrocissimum genus hominum, crudelem tuum calumniatorem fovet, adversus te injustissime subsidia ei ministrat, ut ob virtutem oppugneris, quod penitus meum cor exulcerat. Sed latius quam epistolæ modus poscit evagatus sum. Tu ob singularem quo te prosequor amorem, nostram garrulitatem æquo feras animo, et animi affectibus tempera. Deus solus judex æquus eo vertet, ut injustos tuæ nobilis famæ hostes devincas quod etiam atque etiam tibi precor.

Hoc unum te nescire nolo. Tui honoris lupum [1] novas quasdam ineptias quibus tuam famam demetit congessisse, quas Archipræsuli Moguntinensi, Mademburgensi, Halberstattensi etc. [2] æque potenti atque justo archeprincipi domino meo clementissimo dicavit. Sperans eo et odium principis tibi excitaturum, et subsidium ab illustri sua gratia se adversus te impetraturum. Aderam fortuito cum ille futilis libellus detractorius afferretur principi, et una cum nonnullis eruditorum defensoribus sententiam interposui, adeo ut Princeps nec librum, si qua alioqui decuisset gratia, acceperit et latorem inauditum insalutatumque abegerit [3].

*

1 Lupus] Pfefferkorn ineptias] defensio contra famosas, vgl. Reuchlin s. 378 ff. 2 Albrecht von Mainz. 3 Hutten an Nuenar 3 Apr. 1518, ed. Böcking I, s. 168 erzählt die sache etwas anders. Danach hätte der erzbischof die ihm von Stromer überreichte schrif zwar gelesen, aber nach dem lesen mit den worten „sic pereant qui sic loquuntur“ ins feuer geworfen.

Quare tibi persuadeas, et archipræsulem [1] meum tui amantem esse et graviter lacerationem tuæ famæ ferre. Croto tui honoris sedulo propugnatori libellum [2] tuæ dignationi mittendum tradidi, ut te eo melius defendas. Quod si ab his calumniis ullo modo te vindicare quirem, credas omne tuo nomine subirem onus. Non me Hercule aliquod majus beneficium me in te conferre putabam, quam ut tuum honorem pro nostro amore qua possem fidelitate defensarem. Cæterum quo planius tibi innotescam, meas ineptias quas adversus pestilitatem [3] edidi simul ad te mitto, non quod ducam eas tua lectione dignas, sed ut tuam limam subeant et meum singularem erga te amorem testentur. Oro igitur nostram amiciciam non explodas et nos tuis amicis connumeres. Vale fœlici auspicio literarum decus et me te amantem redama. Prid. Kal. Septemb.

Gedruckt: = J. v. e. z. 4ª. Asª.

CCXXIII.

Gotha. 13 Sept. (1516.)

Mutianus Presbyter an Reuchlin

hofft, dass Reuchlin durch die römische entscheidung die gewünschte ruhe erhalten habe. Seine gegner würden von allen verflucht, er hoch geehrt.

Ad me quotidie confluunt boni adolescentes, quibus Capnion est in ore et in pectore, hic sese græcum probat ille

*

Der stromerische bericht ist ohne zweifel wahrheitsgetreuer, Hutten hat sich entweder des vorgangs nicht mehr genau erinnert, oder ihn absichtlich verdreht.

1 Archipeæsulum. 1. 2 Pfefferkorns defensio. 3 Ineptias] die schrift erschien unter dem titel: HENRICI STROMERS AVRBACHII, | medicine doctoris, saluberrime aduersus pesti|lentiam obseruationes, recens editæ: | Aeque pauperibus prosunt locupletibus æque. | Aeque neglecte, pueris senibusque nocebunt. | Titel in sehr schöner leisteneinfassung, mit allerlei grotesken figuren verziert, unten 3 bilder mit den aufschriften: S. MAURICIVS. S. MARTINVS. | S. STEFFANVS. | 4 bogen in 4°, A, B, C à 6, D à 5 bll. Am ende: impressore Valentino Schuman Ayns a Christiana salute MDXVI Pridie Kal. Junii. Darunter ein buchdruckerzeichen. Eine deutsche übersetzung erschien in demselben jahre. Leipzig bei Melchior Lotther.

hebraicas et vere arcanas literas admiratur quantum a præceptoribus insulsis ad nugas trahuntur vel emendas vel discendas, tantum utroque pede resiliunt ad sequenda vestigia spectabilitatis tuæ.

So sei Richard Crokus [1], ein Engländer, jüngst bei ihm gewesen, der sich danach sehne, hebräisch zu lernen, so andere. Er bittet um rationem constituendæ bibliothecæ. Dat. Id. Sept.

Gedruckt: = J. v. e. z, s[a].

CCXXIV.

Leipzig. 13 Sept. (1516.)

Ricardus Crocus an Reuchlin

beklagt, dass Reuchlin ihm nicht geschrieben habe, ist zu jedem dienste bereit, schickt ihm ein eben von ihm erschienenes buch und bittet ihn, sein kabbalistisches werk dem Joh. Fischer, bischof von Rochester, zu widmen. Lipsiæ.

Gedruckt: = J. v. e. y 2[b].

CCXXV.

Köln. 13 Sept. 1516.

Joannes Potken Joanni Reuchlin S. D. P.

Eas, quas ad me e Stutgardia 3 Kal. Sextiles dedisti, doctissime doctor, literas nuper recepi cum quaternione operis [2] per F. Petrum Galatinum compositi ad me remisso. Tibi haud parum gratulabar, quod ex parte epistolæ quam ad me mittere dignatus es, intellexisti causam illam tuam in portu esse. Ego cum epistolæ partem absque mora Georgio Sobio [3] juventutem Coloniensem in arte humanitatis publice erudienti, laudum tuarum prædicatori, tuoque hac in civitate acerrimo defensori, tradidi. Is primo exinde die festo in templo, quod summum Colonienses vocant, facta doctorum virorum corona omnibus audire cupientibus, e quorum numero nonnulli tui æmuli erant, legit, perlegit et relegit, subitoque orto rumore per civitatem, ut fit, quod victor evades, multi ex his qui te amant et nonnulli ex eis qui te odio prosequun-

*

1 Vgl. Böcking suppl. II, s. 352 fg., den folgenden brief und die nachträge.
2 Operis] de arcanis catholicæ veritatis, s. o. CCXV. a. 3 Vgl. Krafft, mittheilungen über Heinrich Bullinger, Elberfeld 1868.

tur, inter quos etiam ipsi et Pepercorn et Ortuinus erant, me adierunt experturi, quid ea in re ipse affirmarem, quibus etiam alias literas, ad me latiuscule per Doctorem Joannem Wik procuratorem tuum scriptas, in eandem ostendi sententiam. Quæ res tui amantes, quorum major Coloniæ est numerus, quam forsan ipse speraveris, solito æquianimiores alacrioresque, alios vero vultu et animo depressiores fecit. Quod autem scribis, lata pro te sententia te Coloniam peregre iturum, ad meam in lingua quam edere cœpi chaldia eruditionem, plurimum gaudeo quod sententiam vel jam latam, vel propediem ferendam spero. Nam et D. Wik inter alia ad me scripsit, quod mandatum de supersedendo [1], per contrarium a sanctissimo domino nostro signatum mandatum rejici curaverit. Et nisi reverendissimus cardinalis Sancti Marci [2] ex urbe, ubi quotannis durantibus generalibus feriis solitus est, secederet, causam tuam in ipsis feriis per cardinales decidi sperabat. Lata igitur pro te sententia, non me, sed Coloniam ipsam accedito. Injuriam tamen mihi feceris haud mediocrem, nisi domo mea, cujus reparationi jam intendo, hospicio fueris usus. Ero in te linguam ipsam chaldiam docendo tuus Barnabanus, non solum nocturnus sed et diurnus, nihil eos metuens, qui te odio prosequuntur. Mitto ad te ineptias [3], quas brevi ante tui æmuli sub vocabulo Nebulonis illius Pfefferkorn conflarunt. Bene vale, et uti soles redama. Ex Colonia 13 Septembris Anno 1516.

Gedruckt: = J. v. e. v. 1.

CCXXVI.

Antwerpen. **29 Sept. (1516.)**

Erasmus Capnioni.

Cum has literas parassem ad primam γραμματοφόρου copiam, redditæ sunt Antwerpiæ tuæ literæ, sed mense Julio [4] scriptæ quas ego ad finem Septembris accepi, ad has ut paucissimis respondeam. Erat quidem mei officii, doctissime

*

1 Dieses, Aug. 1516, erlassene mandat ist uns nicht erhalten; vgl. Reuchlin s. 319 fg. 2 Grimani. 3 Ineptias] Pfefferkorns defensio contra famosas. 4 Julio] wol falsch für Junio; s. o. den brief vom 5 Juni 1516, nro. CCXX.

Reuchline, literis tibi gratias agere pro codice [1], hoc est deliciis tuis, nobis commodato missis, sed Frobenius in causa fuit, qui me non admonito librum remiserat. Nænias meas tuo hoc est doctissimi optimique viri calculo comprobari vehementer gaudeo. Cæterum, quod tua præ meis contemnis, age ne nimis amice, et modeste plus satis. Et infœlicitatem tuam deploras? qui fœlicissimo illo seculo videris Italiam, florente Agricola [2], Politiano, Hermolao, Pico, cui tam varia, tanque recondita contigerit eruditio, qui tot summatibus viris notus ac familiaris fueris, qui nunc quoque optimis ac doctissimis quibusque sic charus sis et adamatus, ut, si pater esses, omnibus intimius charus esse non possis. Adorat te propemodum episcopus Roffensis, Ioanni Coleto sacrum est tuum nomen. Quod ni minister perdidisset epistolam tuam [3], haberet eam ut ajebat inter sacras reliquias. Nuper invisi monasterium pervetustum Cartusiensium apud Sanctum Odemarum Artesiæ oppidum. Ejus loci Prior [4] e tuis libris mire literas hebraicas assecutus est, nullo præceptore, tibi vero sic deditus, ut nomen etiam ipsum veneretur. Erat forte apud me quædam epistola tua, quam ubi sensit tua scriptum manu, obnixe rogavit, ut apud se relinquerem, eam identidem exosculans.

Non pauci sunt, mi Reuchline, hoc in te animo. Quod tua virtute contentus negligis hominum malevolentiam, laudo. Ipsa virtus abunde magnum tui præmium. Et si parum agnoscit hæc ætas, agnoscet posteritas, denique agnoscet Christus, cui tui militant labores. Scribe vel paucis Coleto, is jam senex græcatur [5]. Roffensis etiam processit fœliciter.

*

1 Codice] handschr. des N. T.? s. o. brief Reuchlins, Aug. 1514, s. 225, a. 2. 2 Den Agricola hat Reuchlin schwerlich in Italien gesehn. 3 Auch uns ist ein an Colet gerichteter brief Reuchlins nicht erhalten. 4 Prior] wahrscheinlich Joannes Quonus s. o. s. 223, a. 2. 5 In dem verzeichnis der Reuchlinisten in England, das in den epp. ill. vir. a. a. o. sich findet, heißt es noch: omnes sciunt græce excepto Coleto. Das verzeichnis enthält außer Colet: M. Guilielmus Grocinus theologus, Thomas Linacrus medicus regius. Cutbertus Dunstanus jureconsultus, archiepiscopi Cantuariensis cancellarius. Guilielmus Latamerus theologus. Thomas Morus Londoniensis judex et advocatus disertissimus. Andreas Ammonius secretarius Lucensis

Rursum vale, doctissime Reuchline. Antverpiæ. 3. Kal. Octob. Ex ædibus Petri Ægidii, publici scribæ, ad quas si quid miseris, id mihi facile reddetur.

Gedruckt: = J. v. e. t.

CCXXVII.

Rom, 20 Oct. 1516.

F. Ægidius Viterbiensis [1] ordinis eremitarum S. Augustini prior generalis an Joannes, Dionysius Reuchlin und ihre schwester Elisabeth.

In rücksicht auf ihre verdienste und auf die traurige halt-

*

doctissimus. Warum Johann Fischer, episcopus Roffensis in diesem, wahrscheinlich von Erasmus herrührenden, verzeichnisse fehlt, ist unbegreiflich.

1 Ägidius von Viterbo, eigentlich Ägidius Antonius Canisius, geb. 1470 in der diöcese von Viterbo, studirt bei den Augustinern in Viterbo ausser den Humaniora auch hebräisch und chaldäisch, wird 1507 general des ordens und cardinal und hat als solcher wol seinen aufenthalt in Rom genommen. Diesen musste er zwar oft unterbrechen durch viele gesandtschaften, zu denen er von papst Leo X gebraucht wurde, z. b. zu Maximilian, zu Karl V, zum herzog von Urbino. Er erhält verschiedene bisthümer, wird 1523 protektor seines ordens und vom papst Clemens VII zum patriarchen von Constantinopel gewählt. Er stirbt in Rom 12 Nov. 1532, vgl. die kurze biographie in fortgesetzte sammlung von alten und neuen theologischen sachen 1748, s. 58 bis 64, mit portrait. Eine anzahl briefe an und von Ägidius, welch letztere bei seinen lebzeiten sein ordensbruder Seraphinus sammeln wollte, sind abgedruckt bei Martene et Durand: collectio amplissima tom. III, s. 1232 bis 1276; eine große anzahl seiner schriften bewahrt die bibliothèque nationale in Paris handschriftlich. Während seines aufenthalts in Rom hat sich Ägidius 1513 fg. ein großes indirektes verdienst um die verbreitung des hebräischen sprachstudiums durch die aufnahme des Elias Levita bei sich erworben. Für seine hebräischen studien ist auch sein brief an Caspar Amman (provincial in Lauingen 1524), von interesse (abgedruckt in: annales literarii, cura Henke et Bruns. Helmstädt 1782, vol. I, s. 193 fg.), in welchem es über Reuchlin heißt: etiam multo magis gratulamur tibi, quod sortitus sis doctorem eximium Johannem Raylin (Reuchlin) cujus eruditio maximi apud nos est, quod in sancta scriptura sancte versatur. Audimus apud eundem tuum præceptorem esse cum multa tum egregia hebræorum volumina. Gratissimam nobis rem feceris, si ad nos quam primum mittas indicem librorum omnium, quos ille idem præceptor habet tuus, perspiciasque diligenter, an habeat ipse libros, quales vides descriptos in hac pagina interclusa præsentibus ... Vale in domino. Romæ, die 15 Decembr. 1518.

losigkeit des irdischen lebens vos et ordini et parenti Augustino deditissimos, quantum ad nos attinet quantumque nostri juris est, nostro ordini adscribimus atque vos singulos, ut ex nostris unum, toto corde confratres et consororem per has literas et accipimus et vocamus .... Anno 1516, die 20 Octobris.

Gedruckt: = J. v. e. B. 4a. Ca.

CCXXVIII.

Rom. 1516.

Ægidius Viterbiensis an Reuchlin

beklagt, dass er Reuchlin bei seiner anwesenheit in Deutschland nicht gesehen habe, gibt seiner bewunderung für R. den lebhaftesten ausdruck, hebt seine verdienste für hebräische und kabbalistische studien hervor und schreibt:

Thorah erepta primo nobis est a deo ex igne cum Abraham ex igne servatum esse voluit. Nunc secundo a Reuchlin servata est ex igne, cum libri illi servati sunt quibus stantibus lex panditur et lucem capit, intereuntibus autem tenebris æthernæ noctis offunditur. Denique in hoc judicio tuo ubi hac æstate periculoso æstu laboravimus, non te sed legem, non Thalmud sed ecclesiam, non Reuchlin per nos, sed nos per Reuchlin servatos et defensos intelligimus. Velim quæ de Pythagoricis cudere te scribis, latius de eis me reddas certiorem. Vale, Romæ. Anno MD.XVI.

Gedruckt: = J. v. e. B. iiib; B. 4a.

CCXXIX.

Wien. (vor dem 24 Oct. 1516.)

Vadianus poeta laureatus Joanni Reuchlin S.

Ulrichus Huttenus [1], doctissime Capnion, literis [2] ad me suis Bononiæ datis honorifica tui mentione facta, quid Romæ

1 Von Hutten ist nun zum erstenmale in unsern briefen ausführlicher die rede. Dass über ihn die sammlungen von Böcking und das werk von Strauß alles nöthige enthalten, bedarf kaum der erwähnung. 2 Literis] dieser brief Huttens an Vadian ist nicht erhalten.

proximis his mensibus in illa tua causa actum fuerit, adeo indicat fideliter, ut quanti te faciat, ipsa sua verba haud obscure testentur. Is Romæ tota prope æstate, ut intelligo, moram traxit, literarum et in primis noscendi juris gratia. Sed lite [1] quadam inter se et Gallos aliquot ob res Germanorum exorta, uno confecto Gallo, reliquis autem misere sauciis, Bononiam petere coactus est, illic fortassis diutule mansurus. Quanto vero me gaudio afficiat omnis illa fama quæ victoriam innocentissimæ vitæ tuæ contra Stoicorum istas simias adjudicat, non facile scripserim, ac ne dixerim quidem, si coram essem: testis enim esse possum vel posteritati, quoniam altissimum illud tuarum doctrinarum ocium tam præcipiti molestiarum et perturbationum impetu non dignum extiterit; cumque doleam persæpe de multis, istud nunquam non gravate tuli, quod homines illi, quorum stipendiis invidia militat, tantas in re tantilla tragœdias moverint, ut res tota tot judiciorum censuras, magnorum etiam judicum consensu, sustinuerit. Imponet his finem Romanæ sedis autoritas, tot vitæ tuæ et eruditionis præconibus munita, inter quos Erasmum ipse Roterodamum adeo libenter accipio, ut nihil magis. Ego quantulacunque doctrina ac ingenio id moliar, ut vel meo judicio Capnioni debuisse studiosos omnes futura sæcula agnoscant. Excudetur jam nunc a me scriptus de poetica libellus, in quo meritissimam laudem tui locis oportunis inserui, meam in te observantiam hoc ipso testaturus ejus tibi copiam brevi faciam. Vale et scribe. Viennæ. Anno MD.XVI.

Gedruckt: 1 = y z ii^b; 2 = Hutteni opera ed. Böcking vol. I. s. 104.

*

1 Lite] über dieses abenteuer vgl. Hutten an Gerbellius Bologna 31 Juli 1516 Hutteni opera ed. Böcking, vol. I, s. 105 f. Unser brief ist selbstverständlich später als der angeführte, in dem sich über Reuchlin folgende stelle findet: de Capnionis summi viri causa bene te sperare jubeo: salus in procinctu est: Hogostratus theologistarum alpha ingenti decocta pecunia (tanti spem suam emit) nihil effecit quique olim potentia fretus sua optimo cuique molestus facile fuit, τῇ κεφαλῇ τὸν οὐρανὸν ἐξαράσσεν ἐπιχειρῶν fractus animo est destitutusque lupus hians discedit. Erasmus pontifici commendavit Capnionem literis. Duos Germaniæ oculos omni studio amplexari debemus: per eos enim barbara esse desinit hæc natio. Vgl. auch Huttens briefe an Crocus, 9, 22 Aug. 1516, Böcking a. a. o. I, s. 123 bis 126.

CCXXX.

Stuttgart. 24 Oct. 1516.

Excellentissimo studii Viennensis noviciorum gymnasiarchæ domino Vadiano studiosorum principi et literarum legislatori amicissimo suo [1] [Jo. Reuchlin] s. d. p.

Crede mihi, tantis sum obrutus negociis, ut elegantissimis tuis literis ne barbare quidem, ut soleo, respondere nunc possim. Quare tolera humaniter excusationem meam, posthac nostra videbis abundantius vel libellos [2] quibus sudamus in præsentia haud segniter. Expecto quotidie Romanam sententiam, utinam pro nobis et pro veritate decernendam. Tunc liberiore vena ad te et alios mihi deditos, auxiliante Deo, perscribam. Vale. Stuttgardiæ, 9 Kl. Novembris anno 1516.

Joannes Reuchlin Phorcensis LL. Doc.

Handschr.: 1 = Vadianischer briefwechsel bd. 1. s. 81 (bibl. zu St. Gallen) autogr. 2 = Huberische sammlung. Band 49 der Apographa: epistolæ ad Joachimum Vadianum, de ipsis, quæ in bibliotheca S. P. Q. Sangallensis adservantur, originalibus exemplaribus transscriptæ. (G[2] II, 38 der Basl. bibl.) bl. 41.

CCXXXI.

Stuttgart. 13 Nov. 1516.

Joannes Reuchlin phorcensis Nicolao Ellenbog s. d. [3]

Quem ad te mitto, Nicolæ, harum ostensorem, is ab amicissimo et mei amantissimo Erasmo Roterodamo cum literis suis pro more elegantissimis ad me nuncius accessit. Vir, ut ego de vultu conjicio, admodum venerandus et tam gravi mittente Roterodamo dignus. Quis enim non omnia quæ ab Erasmo

1 Aufschrift ausgelassen 2. 2 De arte cabalistica s. unten nro. CCXXXVIII.
3 Über seinen früheren briefwechsel mit Reuchlin schreibt Ellenbog 1526 in die Sexti an seinen freund Jakob Gruerius. Dieser hatte ihm angeboten, collectaneen, die er in Reuchlins vorlesungen gesammelt, zu schicken, und Ellenbog hatte es angenommen: mirum enim dictu quam faciat ad stomachum meum reuchlina parata culina. Fuit mihi vir ille humanissimus non parum affectus, dum in humanis esset. Et licet ex facie alterutrum nos non noverimus literis tamen frequentibus (quibus rusticorum illa seditiosa factu me privavit) me adiit, quas sane ut Crœsi opes penes me reservabam et deosculabam. A. a. o., vol. I, lib. IV, ep. 49, fol. 133.

procedunt, amet et colat? Quare obsecro te, ut illum jure hospitalitatis suscipias perquam humaniter, cui et tuam et abbæ nostri [1] virtutem ita commendavi uti est id est maximi feci quam laudibus apud exteros celebrare queat. In causa mea Romana diffinitivam sententiam propter adversariorum potentiam quanquam ferme ante annum conclusam [2] nondum habeo, attamen quotidie amicis ex urbe consolatus expecto brevi, quæ cum venerit haud clam te erit. Valete tuque abbasque meus. Stutgardie Idibus Novembribus anno 1516.

Handschrift: N. Ellenbogi epistolarum libri IX, mscr. in bibl. imp. Par. cod. lat. 8643, vol. I, lib. 3, epist. 20, fol. 25b.

CCXXXII.

(Ottenbeuren.) (Nov. 1516.)

Frater Nicolaus Ellenbog Joanni Reuchlin S. D.

Præceptor colende literas tuas proxime ad me datas, per eos [3] qui a doctissimo Erasmo nostro Roterodamo ad te missi fuerant maxima voluptate accepi, virosque, ut petisti liberaliter suscepi, tum ut tuæ gratificarer humanitati, tum ut Erasmo Roterodamo a quo non injucundas [4] vix ante annum accepi literas amice responderem. Verum ut verum fatear, fuere ambo digni omni humanitatis obsequio. Senior enim theologiæ doctor a juniore prædicatur et sane ejus doctrina ab hac dignitate non abhorret. Junior vero pro ætate sua musis incumbit et poesi oratoriæque totus invigilat. Reliquit quinetiam abbati nostro carmina non illepida ad honorem s. patris nostri Benedicti. Sed quid plura? Tractati sunt ab abbate meo tum ob gratiam tui, tum ob illorum doctrinam et eruditionem triduo lautissime. Dedi quinetiam eis literas ad priorem [5] sancti magni in faucibus qui ut non dubito, humanissime eos suscepit. Cæterum quod scribis causam tuam Romæ esse definitam, tibi mirum in modum gratulor, tu, velim, ubi eam sententiam ad plenum extorseris, me

*

1 Abbæ nostri] Leonhard Widenmann s. o. 2 Conclusa l. 3 Virosque] Reuchlin hatte oben nur von einem gesprochen. 4 Am rand: nota l. 5 Prior] Gallus Kneringer in Füßen. Zahlreiche briefe von ihm und an ihn sind in der erwähnten briefsammlung erhalten.

actutum de ea re certiorem reddas, quatenus tui honoris defendendi materiam habeam fide dignam. Veniunt enim ad nos qui tui nominis et honoris inimici existant capitales et qui me Reuchlinum quæ mea gloria est maxima appellent, eo quod tui nominis præco existam fidelis. Illis, inquam, objiciam scripta veritati consona in tuam laudem maximam, illorum autem confusionem præcipuam. Cæterum memini, me anno hujus sæculi undecim postulasse a te interpretationem dictionis Semhammaphoras [1], tu vero ad alia ejus epistolæ pleniter quidem respondisti, solum hac vocula quam tamen maxime omnium enodari cupiebam silentio tecta. Itaque, si me amas, ejus dictionis derivationem et interpretationem mihi conscribas precor. Non abs re id peto, sunt enim qui in mysteriis ea vocula utantur tanquam sacerrima. Vale fœlix.

Handschrift: Nic. Ellenbogii literarum libri IX, mscr. s. o. fol. 26 f.

CCXXXIII.

Zwoll. (1516 ?)

Gerhard Listrius an Reuchlin

drückt mit den lebhaftesten worten seine begeisterung für Reuchlin aus, theilt mit, dass Pfefferkorn cum quo sæpe tuo nomine mihi Coloniæ res erat eine neue deutsche streitschrift gegen R. und alle gelehrten erlassen habe [2] und bittet, den überbringer des briefes gut aufzunehmen. Grüsse an Busch. Vale. Suollæ.

Gedruckt: J. v. e. A 3^b fg.

CCXXXIV.

London. (1516?) [3]

Joannes Roffensis episcopus [4] an Reuchlin

bedauert, dass sein brief an ihn verloren gegangen sei, wünscht

*

1 S. oben 29 Aug. 1511, nro. CXXVI. 2 Gemeint ist Pfefferkorns beschyrmung 1516; vgl. Reuchlin s. 378, a. 2 und 381 ff. 3 Vgl. den brief des Erasmus oben nro. CCXXVI. 4 Joh. Fischer] wie sehr Fischer den Reuchlin verehrte, erzählt Erasmus: pene deperibat in Capnionem, tam magnifice de illo sentiens, ut me præ illo putarit nihil scire, captaritque occasionem relinquendæ Britanniæ, ut cum Capnione velut oraculo rerum omnium reconditarum possit colloqui. Erasmi Spongia adversus aspergines

baldigen sieg über seine feinde und bittet ihn um einige zeilen. Ex Londino Angliæ.

Gedruckt: = J. v. e. s. 3a.

CCXXXV.

Löwen. 15 Nov. (1516?)

Erasmus Roterodamus an Reuchlin

schmäht heftig gegen die neu erschienene deutsche schrift Pfefferkorns [1] und ermahnt Reuchlin, diese ungeheuer zu verachten und den wissenschaften zu leben. Fischer und Colet seien wohl. Expostulavi cum Dorpio: quare hæc academia [2] se miscuisset tuo negocio? .. Is respondit: unum Adrianum [3] fuisse authorem, cui nunc contiugit cardinalatus .. Er habe den augenspiegel lateinisch übersetzen lassen und nach England geschickt. Lovanii 17 kal. dec.

Gedruckt: = J. v. e. s 2b fg.; abschr. in der Huberischen sammlung bd. 24 der apographa (Basler bibliothek G. 2 I, 15).

CCXXXVI.

Bologna. 13 Jan. 1517.

Huldericus ab Hutten an Reuchlin

ermuntert Reuchlin zum muthigen ausharren und wirft ihm schwächliche worte vor, die er in einem briefe an ihn gebraucht habe [4]. Jampridem incendium conflo, quod tempestive spero effla-

*

Hutteni, bei Böcking, Hutteni opera II, 280. Vgl. auch oben s. 251 f. Mit beziehung auf unsern brief schreibt Fischer an Erasmus (1516). Ego ad Reuchlinum scripsi, nescio an acceperit meas literas, sed non desistam iterato scribere: redditæ enim mihi literæ ejus fuere, (der brief Reuchlins ist nicht erhalten) et prolixiores quidem ad meam maximam voluptatem. Visus mihi est præ ceteris, quorum hactenus opera legi, ex his qui supersunt palmam tenere, in rerum præsertim arcanarum cognitione quæ vel ad theologiam vel ad philosophiam spectant. Opp. Er. col. 1587. Epist. App. CIII.

1 Beschyrmung s. o. nro. CCXXXIII. oder „Sturmglock“ 1514? 2 Die Löwener, deren verdammungsurtheil des augenspiegels, 28 Juli 1513, Reuchlin s. 283. 3 Adrian v. Utrecht, der spätere papst Adrian VI. 4 Der brief Reuchlins an Hutten, in dem die worte: sin brevi moriar, sowie die unten folgenden: noli deserere causam veritatis, gestanden haben, ist nicht erhalten. In ähnlicher weise, wie in unserm briefe, ermuthigte auch Hutten den zagenden Pirckheimer 25 Mai 1517. Böcking I, 133 fg.; in der antwort Pirckheimers kommt vor: Capnionem, quo animo in eo sis, certiorem reddam. Prudenter

grabit; ipsum te quiescere jubeo; eos mihi adjungo militiæ socios, quorum et ætas et conditio pugnæ generi par est. Er werde durch nichts erschüttert werden und ihm endlich ruhmvollen sieg verschaffen. Bononiæ, idib. Januar. 1517.

Gedruckt: 1 = J. v. e. A 1; 2 = Böcking, Hutteni opera I, s. 129, woselbst eine aufzählung der übrigen drucke.

CCXXXVII.

? [1] 27 März 1517.

Joannes Reuchlin an Erasmus

dankt ihm für seinen brief vom 27 Aug. 1516 [2] und schickt ihm und dem bischof von Rochester, dankbar, wenn auch beschämt durch ihre lobsprüche, exemplare seines werkes de arte cabbalistica. 27 Martii 1517.

Gedruckt: = Erasmi opera ed. Lugd. Bas. 1703 vol. III, col. 1598 fg. (App. nro. CXXIII).

CCXXXVIII.

Stuttgart. (März 1517.)

Sanctissimo Leoni decimo pontifici maximo Johannes Reuchlin se supplex commendat [3].

Italica philosophia, beatissime Leo decime, religionis

agis quod ad eum non scribis, ne eum innocentem ac nolens in periculum trahas: nosti enim tyrannorum animos. Das. s. 137.

1 Ist nach den worten des briefes: postquam domum rediero auf der reise, vielleicht in Tübingen bei Anshelm, geschrieben. 2 S. oben nro. CCXXIa. 3 Auf das werk de arte cabbalistica, dessen widmung und einleitungen hier mitgetheilt sind, bezicht sich folgendes (J. v. e. m. 3, daraus bei Majus s. 219 abgedruckte) gedicht:

[JoannisZiegleri in quendam Reuchlini librum compositum]
Capnion hic latum victricia signa per orbem
En agit! Et totus fulminat hocce libro
Multus Agrippinis fumus importunus ocellis,
Ast redolet doctis thura Sabæa viris.

Das werk ist, wie aus der unterschrift hervorgeht, März 1517 erschienen; von dem noch nicht vollendeten werke schreibt Bernhard Adelmann an Pirckheimer (24 Febr. 1517): Reuchlin tres dialogos de cabala hebraice, latine ac græce a se conscriptos impressoribus tradidit, rem, ut ipse scribit, prius a theologis nostris non visam. (Heumann, documenta literaria, s. 149 bis 152). Dagegen hat es Cochläus noch am 3 Sept.

christianæ, Pontifex Maxime, a Pythagora ejus nominis parente primo, ad summos homines excellentibus ingeniis præditos olim delata perquamplurimis annis ingenti latratu sophistarum occiderat tam diu tenebris et densa nocte sepulta, quousque deum favore Sol omnis generis optimorum studiorum, clarissimus Laurentius Medices pater tuus, Magni Cosmi propago Florentinæ civitatis princeps, exoriretur. Quem etsi novimus, animo et scientia gubernandi rempublicam et domi bellique omnia consilia ac prudentia gerendi tam fuisse compotem, ut nemo ætate sua in civili exercitatione videretur magis laudandus, tamen ad hoc nobis eum fateri oportet commodius natum esse perinde atque cœlitus demissum, ut post eloquentiæ disciplinas et benedicendi artes a Petrarchis, Philelphis, Aretinisque rhetoribus ante juventuti Florentinæ traditas, quo esse absque controversia possent cives cunctis nationibus exteris nitidiore scribendi calamo et puritate linguæ ornatiores, ipse tandem patriæ inferret quoque illam expultricem vitiorem sapientiam et arcanorum investigandi rationem, quæ in libris et monumentis priscorum ad sua usque tempora latuissent.

Ad id provinciæ diligenter accivit undequaque doctissimos et veterum autorum peritissimos viros quibus cum rerum scientia etiam satis esset eloquentiæ, Demetrium Chalcondylen, Marsilium Ficinum, Georgium Vespucium, Christophorum Landinum, Valorem, Angelum Politianum, Joannem Picum Mirandulæ comitem, cæterosque orbis eruditissimos, quibus antiquorum solertia et arcana vetustas malignitate casuum

* nicht erhalten, er schreibt an Pirckheimer: litteras Jo. Reuchlin accepi (der brief ist freilich nicht mehr erhalten), librum ejus nondum, quoniam Petz (Hieronymus wie Heumann sagt) mercibus adhuc Veronæ est (Heumann a. a. o. s. 34). 1516 meldet bereits Gerhard Lystrius dem Erasmus: scripsit mihi Cæsarius, Capnionem curare apud Thomam Anselmum imprimi artem cabalisticam et philosophiam pythagoricam. Er. opp. III, col. 1587, Append. nro. CIV. Auch Luther hat das werk benutzt. Er schreibt an Spalatin 29 Juni 1518 (de Wette, Luthers briefe, Berlin 1825. I, s. 127): Quod et Johannes Reuchlin in secundo libro Cabbalæ suæ satis affirmat: quod si ulla necessaria est dialectica, naturalis illa ingenita sufficit, qua homo promtus est conferre credita cum creditis, et sic concludere vera.

obliterata in lucem rediret. Hoc egere summi viri certatim. Nam docuit hic, commentabatur alter, legerat iste, interpretatus est ille ac linguas vertit in linguas. Marsilius Græciam duxit in Latium, Romanos in Græciam. Politianus reduxit. Instabant omnes operi, nemo non summas Medicibus laudes afferens. Hos in heroas, beatissime Leo, tuus natalis virgula, ut ajunt, divina fœliciter cecidit, Diis gratia, certe ut non restaret ullum elegantioris doctrinæ genus, in quo tu non evaseris peritior, adeo quidem puer amplexus politissimi suavitatem Politioni.

Quid multis? Florentia illo ævo nihil erat floridius, in qua renascerentur optimarum artium quæ ante cecidere omnia, nihil remansit intactum de linguis et literis, quo non exercerentur nobilissimi Florentini. Ea fama ego tum quidem vehementer movebar, tactus ejus loci cupiditate, ac non solum magnificentissimi et insueti nobis Hercyniis dificiiæ avitæ tuæ, quam Magni Cosmi nominarunt, verum etiam parentis tui desyderio visendi, unde nostro sæculo tanta commoda prodiissent.

Igitur in Italiam profectus cum illustri Eberhardo Probo Suevorum nostra ætate primo Duce, cui a Secretis fiebam [1] intravi Florentiam circiter 12 Kalendas Apriles Anno Christi 1482. Cunque insignem Medicæ gentis nobilitatem ei duci commendassem, ut pro rei veritate profecto debui, optabat cum eo sibi viro colloquium habere. Quod ubi animadvertisset, nescio quo revelante, Laurentius, apprehendit peregrini dexteram perquam humaniter, omnesque nos domum suam duxit singula visu digna ostendens: Primo, faberrima equorum stabula, deinde armamentarium omni apparatu bellico refertum, post item singulos thalamos pretiosissimis aulæis ornatos pulchrosque tapetas et in excelso culminis tecto arboribus consitum nemus, hesperidum hortos, ac aurea mala; cujus bibliothecam cum in cœlos usque verbis extollerem, perhumaniter, ut solebat vir suavissimus, respondit „majorem sibi thesaurum in liberis esse quam in libris“.

Quæso te, Papa sanctissime, sinas me loqui tecum ali-

1 Vgl. über diese reise Reuchlin, s. 24 fg.

quanto liberius infimatem de media plebe hominem: Quanto putas me tum captum admiratione cum quodam insigni gaudio, quando universis applaudentibus audivissem ad summa te rerum fastigia conscendisse optimum optimi sapientissimique Principis divi Laurentii Medicis filium, recordabar subito tanquam hierophantes aliquis paternum illud vaticinium veræ prophetiæ par.

Quid hac ex Laurentio laurea fruticari queat, non modo laurentibus populis, sed etiam toti orbi preciosius? quis major excogitari thesaurus possit quam sit illud tuum ineffabile regnum, unde nobis omnes divitiæ tanquam ex Pactoli abysso fluunt, omnes optimarum literarum ornatus, et omne quod est in humanis bonum? Semina jecit pater universæ veteris philosophiæ quæ nunc te filio in culmos surgunt, ut te regnante nobis spicas illius metere liceat in omnibus linguis græca, latina, hebræa, arabica, chaldaica et chaldiaca, quibus hoc tempore libri tuæ Majestati offeruntur et uberius omnia perficiuntur sub tua ditione, quæ sunt a parente tuo prudentissime inchoata.

Quare cogitans sola studiosis Pythagorica defuisse, quæ tamen sparsim in academia laurentiana delitescunt, credidi haud ingratum tibi futurum, si et ea foro afferrem, quæ Pythagoras nobilesque Pythagorei sensisse dicuntur ut tuo fœlici numine legerentur, latinis hactenus ignota. Italiæ Marsilius Platonem edidit, Gallis Aristotelem Iacobus Faber Stapulensis restauravit, implebo numerum et Capnion ego Germanis per me renascentem Pythagoram tuo nomini dicatum exhibebo. Id tamen absque Hebræorum Cabala fieri non potuit, eo quod Pythagoræ philosophia de Cabalæorum præceptis initia duxit quæ patrum memoria discedens e magna Græcia rursus in Cabalistarum volumina incubuit. Eruenda igitur inde fuerant fere omnia. Quare de arte Cabalistica quæ symbolica philosophia est scripsi, ut Pythagoreorum dogmata studiosis fierent notiora. In quibus omnibus nihil affirmo tantum utut opinantur infideles recito, qui Simonem Judæum Cabalæ peritum audituri Francofordiæ in unam cauponam e diverso itinere conveniunt Philolaus junior Pythagoreus et Marranus Mahometista.

Et postero die dum de more induuntur, interea meminerunt ejus diversorii cauponis verba longa et varia, quibus ad hesternas epulas hospitibus recensuerit fuisse quasdam superiori die a romana curia Francofordiam missas propositiones et conclusiones contra inhibitionem Apostolicam ab Astaroto [1] quodam fictas et concinnatas adversus Jo. Reuchlin propter libros non comburendos jam plus quinquennio crudeles persecutiones innocenter ac simul animo forti et infracto passum præ foribus sapientiæ ac templorum vestibulis Romæ affixas et mox in lutum, stercus et cænum ibi projectas et conculcatas [2] justis ex causis tum quia præter Summi Pontificis voluntaten, et absque reverendissimorum judicum notitia, coram quibus ea lis post Astaroti appellationem hactenus triennio in Curia penderet tale facinus fuisset attentatum: tum quod universis innotesceret eam conscriptionem apertissimis scatere mendatiis.

Principio nanque polliceri Astarotum in præsentia Papæ conclusiones eas fore disputandas et Papam tamen negavisse ac certe prohibuisse, quoniam in multis æstate proxima publicis Romæ sessionibus habitis ea causa plene fuisset disputata et discussa coram doctissimis mundi luminibus, ecclesiæ catholicæ prælatis, archiepiscopis, episcopis, generalibus ordinum, et eorum procuratoribus, pœnitentiariis, doctoribus, magno numero theologiæ jurisque peritissimis viris, qui Capnionem esse absolvendum decrevissent. Deinde quod ignominiose apellaverit oculare speculum scandala et sententiam erroneas continentias, cum tamen liber iste sit per apostolicam sententiam diffinitive admissus. [3] Tum etiam quod de eodem libro ita scripserit, quod sit a quinque universitatibus dudum igni addictus, quæ erte sunt meræ nugæ clara et candida mendacia quia nulla in omni terrarum orbe sit aut fuerit universitas quæ oculare speculum condemnaverit, sed tantum singularia quædam capitosa capita [4], vertiginoso cerebro heterolita et supino errore decepta conventiculariter et conspirative contra juris et justiicæ formam in oculare speculum livore

*

1 Hochstraten. 2 Vgl. Reuchlin s. 319. 3 Die Speierer sentenz 29 März 1514. 4 Nicht die universitäten, sondern die theologischen facultäten in Löwen u s. w.

tabuerint et sua, ut ajunt, sentimenta conflaverint. Postremo eos ajunt qui luto et cœno corrollaria illa involverint et revolverint affirmare solitos, in eisdem conscriptionibus nihil contineri ab alpha ad O [1], quod non antea in defensione publica Joannis Reuchlin contra calumniatores suos Colonienses justificatum, solutum et resolutum fuisset, quod lectori cuique lucidius stellis claruerit, Astarotum itaque semper eandem cantilenam pro turpi sua lingua canere. Hos cauponi sermones fuisse cum hospitibus et convivis suis dixerunt Philolaus junior et Marranus grave nimium putantes in re tam parva et puerili tot annis tam ferociter digladiari.

Habes, sanctissime Leo decime [2], a Capnione humili servo tuo brevi compendio recitatas in symbolica Pythagoræ philosophia et cabalæ sapientum veterum opiniones atque sententias exigui licet numeri, tamen quæ studiosis multo amplius cogitandi ac investigandi ansam præbeant. De quibus ego mediocris ingenii et minutæ prudentiæ homo nihil judicare ausim, nec sane judicavero. Sed totum hunc librum tuæ subjicio authoritati, cujus in arbitrium collata est totius mundi censura, ut quæ displiceant rejicias et tum laetabor cætera placuisse. Conatum hunc certe meum quem et nostri et reipublicæ causa suscepisse me potes existimare, videri tibi non plane improbum confido, tum quod aliena meo labore nostris pateant tum quod hoc semestri legendis illis id quinquenne bellum quod adversum me hostes mei te sciente gerunt, si omnino nequibat vitari at levare studuerim, tum denique, ut et meorum esset apud te aliquid quo sit benevolentior memoria nostri tua, quoties paternum erga me animum tuam frangere ac avertere inimici moliuntur.

Non enim intermittunt, scio, quotidie, susurris attentare pias aures tuas, modo per proxenetas conducticios, modo per epistolas, ut quas ad te proxime 14 Kalend. Octobres ex Agrippina Colonia datas [3] nuper legi, quarum simul cum falsa

*

1 Ab α ad ω 3. 5. 2 Mit der überschrift LEONI X | CAPNIO 3. LEONI X PONTIFICI | CAPNIO. 5. LEO DECIME 1. 3 Vgl. Böcking, suppl., vol. II, s. 140, ein brief, durch den der papst zur verurtheilung der dunkelmännerbriefe und der reuchlinischen sache veranlasst werden sollte.

delatione titulus etiam mentitur authorem. Non enim tam colenda Colonia, tam jus veneranda universitas, sed particularitas et quædam inimicorum singularis colluvio, minimaque pars civitatis et ea insanior hoc facinus fecit, ut tuæ sanctitati affirmarent quæ vera non sunt idque contra inhibitiones apostolicas, et contra mandatam Cæsaris pacem. Vides etiam quanta in eisdem literis audatia tanquam Solonianas tibi leges præscribere fontemque juris docere præsumant qua oporteat via in judicio ad nutum et voluntatem eorum procedere ut facilius me sordibus vincant quasi nonjam certa tota ferme orbi habeatur innocentia mea.

Unde adduci non possum, ut suspicer istis te fidem habere, qui despecta inhibitione apostolica et contemptis censuris tuis quæ minime observato juris tramite libellum meum lite pendente combusserunt. Credes vero potius gravioribus viris Alemaniæ superiori omni exceptione majoribus quod nullum scandalum posui, nullam ruinæ occasionem paravi coram ulla plebe Germanorum qui mihi ejusdem lingua societate juncti sunt in qua lingua istis Belgis ignota consilium meum illud camerarium cum plana ejus declaratione uno contextu certe, ut decebat, edidi ac secure quidem credere potes eoque firmius, quo de mea innocentia, pietate, fide, integritateque a pluribus illustrissimis latissimarum terrarum nostræ nationis regnatoribus, magistratibus, populisque Germanorum et sanctissimis diœcesium nostrarum episcopis, oppidis et civitatibus ferme triennio ante per literas obsignatas et fide dignas factus es certior. Extant penes te ab invictissimo Romanorum electo Imperatore Maximiliano Maximoleoni tibi et a reverendissimo cardinali domino meo Gurcensi[1] pro mea innocentia terque quaterque oblata

*

1 Cardinalis Gurcensis] Matthæus, seu Matthias Langius, seu Longius vel Longus, geb. 1468, schon 1511 heimlich von Julius II zum cardinal ernannt, von Leo X 20 Nov. 1513 bestätigt, bischof von Gurk, daher Gurcensis, vertrauter rathgeber Maximilians, auf dessen ersuchen er zum erzbischof von Salzburg ernannt wurde, von seinen zeitgenossen Pierius Valerianus, bei seiner theilnahme am Wiener fürstentag 1515 von Sebastian Winderl (die rede besonders gedruckt, Wien 1515. 6 bll. in 4⁰) in prosa; von Franciscus Vitalis, Johannes Pinicianus in versen gepriesen, mit ämtern und würden überhäuft, starb in Salzburg 1540, 30 März. Ciaconii vitæ pontificum III, coll. 299 bis 306.

testimonia. Dederunt et post episcopos illustrissimi provinciarum præsides atque duces nobilissimo sanguine prognati, electores imperii Fridericus Saxoniæ et Ludovicus Bavariæ Interrex et dux Virtembergensis et Marchio Badensis princeps et strenuissimus magister ordinis Teutonicorum, et e regione horum reverendi ac Deo amabiles Germaniæ pontifices, episcopus Vormaciensis, episcopus Argentinensis, episcopus Constantiensis qui me ovem suam pastor agnoscit et episcopus Spirensis ille a tua Sanctitate huic liti datus judex, qui autoritate tua functus de consilio peritorum pro mea et scriptorum meorum innocentia diffinitivam tulit sententiam. Cum illis dederunt pariter quinquaginta tria Sueviæ oppida [1] omnes officiosissimi fortissimi et integerrimi viri commendaticias epistolas et literas rectæ fidei probitatisque meæ indemnitatisque testes. Addunt illorum testificationi robur et pondus insigni doctrina et gravitate prælati ecclesiæ quos reverendissimis causæ judicibus Grimano et Anconitano Cardinalibus, orthodoxæ fidei columnis tanquam peristylia junxisti senatorios assessores, mundi lumina archiepiscopi, episcopi ordinum generales, et eorum procuratores sapientiæ Romanæ magistratus, pœnitentiarii et alii theologiæ atque juris lectissimi doctores pro suis singulorum dignitatibus, in historia de temporibus meis nominandi, qui tot sessionibus publicis in tuæ Majestatis domestico sacrario quam capellam Pontificiam vocant habitis, semper agente rem meam ut omnia solet fideliter oratore juris peritissimo Joanne Vanderbico, tam equestris ordinis nobili viro quam in causarum patrociniis disputatore acerrimo et eodem procuratore meo; tandem in ultima sessione causa plene cognita per sententias scriptis editas decreverunt me ab hac persecutione incuriosa liberandum esse ac absolvendum [2]. Nec ulli dubium quin diffinitiva quoque paris oraculi sententia reverendissimorum judicum ut debuerat sequuta fuisset, nisi tunc mandatum de supersedendo abs te ut dicebant accusatores, impetrassent. Eorum omnium quos jam citavimus undequaque testimonia et vota si recordaberis et acta judiciorum, si coram te legi curabis, plane invenies me ab omni

*

1 Über diese briefe vgl. die notiz oben zu nro. CCIX, s. 241, a. 1.
Die abstimmung vom 2 Juli 1516 Reuchlin; s. 319.

delatorum insimulatione prorsus alienum. Assilit huic meæ puritati tota ferme urbs Romana et cunctarum nationum omnes doctissimi, quorum ego decretales quotidie literas accipio etiam a finibus orbis, confirmantes me nullis hominibus scandalo fuisse unquam scriptis meis, quin ne potius ædificare, in dies plantareque variis linguis ecclesiam spiritui sancto qui, per diversitatem linguarum cunctarum, gentes in unitate fidei congregavit. Animadvertunt nimirum, quod ego primus omnium Græca in Germaniam reduxi et primus omnium ecclesiæ universalis artem et studia sermonis Hebraici condonavi atque tradidi, quare spero me non frustra sperare, posteritatem ecclesiasticam meritis meis futuram non ingratam teque præsentem, beatissime Leo Pont. Maxime, rerum magis quam verborum æstimatorem pro tot et tam duris laboribus meis in orthodoxam fidem beneficii loco collatis pacem mihi et animi tranquillitatem juste redditurum. Sin me vero cupias in hac vita malorum persecutioni perpetuo subjacere, vehementer gaudebo videri dignus, qui tantas pro Christo nostro injurias patiar.

Gedruckt: = vorrede und schlussworte des werkes de arte cabbalistica (ausg. verzeichnet bei Böcking, vol. II, s. 94 fg.) 1 = 1517, A 4[a. b], fol. L[b], fol. LXXIX[b] fg.; 2 = 1530, fol. I bis II[a], fol. LV bis LVI[a]; fol. LXXXIX[a] fg. 3 = 1550 s. 720 fg., s. 823 fg., s. 889 bis 891; 4 = 1561, col. 611 bis 613, col. 708 bis 711, col. 773 bis 776.

CCXXXIX.

Mirandula. **30 März 1517.**

Joannes Franciscus Mirandulæ dominus an Reuchlin.

Hat in Augsburg, bei seinem siebenten aufenthalt in Deutschland, von Peutinger, bei dem auch Pirkheimer gewesen sei, Reuchlins rudimenta zum geschenk erhalten, sie gelesen und bittet nun Reuchlin, ihm hebräische bücher abschreiben zu lassen und durch Peutinger zu schicken, bittet ihn ferner, ihm mittheilungen über die art der hebräischen verse zu machen. Mirandulæ, 3 kal. Apriles, a. 1517 [1].

*

1 Diesen brief überschickte Pikus dem Pirckheimer zur besorgung an

Gedruckt: = J. v. e. t 2.

CCXL.

Rom. 24 Mai (1517.)

Ägidius generalis eremitarum S. Augustini an Reuchlin [1]

sendet herzlichen dank für Reuchlins werk de arte cabbalistica. Romæ, 24 Maji.

Gedruckt: = J. v. e. C[a].

CCXLI.

Rom. 25 Mai 1517.

Philippus Beroaldus junior [2] an Reuchlin

wollte, von Jakob Questenberg und Martin Groning ermuntert, schon lange an Reuchlin schreiben und thut es nun, nam me tibi jamdiu non modo amicum, prope dixerim advocatum fuisse in causa illa tua confragosa ex aliis audire te malo. Libros tuos pythagoricos pontifex legit avide, ut res bonas solet. Dasselbe thue auch der cardinal Medici [3]. Romæ 8 kal. Jun. 1517.

Gedruckt: = J. v. e. C[ab].

*

Reuchlin: cæterum si me amaveris, ad communem amicum Johannem Reuchlin alligatam epistolam curabis perferendam, 1 April 1517; gedruckt als widmung der schrift: JOANNIS | FRANCISCI | PICI MIRANDV | LÆ DOMINI, ET | Concordiæ Comitis. | Ad Leonem Pont. | Max. et Concil. | Lateraň. de | reforman|dis Mori|bus ora|tio etc. 4 bogen à 4 bll. und 3 bll. in 4⁰ mit der anshelmischen verzierung der epp. ill. vir. auf dem ersten und letzten blatt. Am ende: Hagenoæ ex ædibus Thomæ Anshelmi. (Anno MD. XX. Mense Marcio.) Der brief des Pikus an Pirckheimer ist mit dem falschen datum VI Kal. Apr. als nunc primum ex autographis edita (!) abgedruckt bei Freitag, epistolæ doctorum virorum. Leipzig 1851, s. 8 sq.

1 Ägidius von Viterbo, s. o. nro. CCXXVII. 2 Phil. Beroaldus d. J. geb. in Bologna, lehrt dort 1498, später in Rom, wo er bibliothekar des vatikan's wird, starb 1518. Er hat die 5 ersten bücher von Tacitus annalen herausgegeben, und Isokrates rede an Demonikos übersetzt. Eine kleine schrift von ihm erschien: opusculum de terræ motu et pestilentia, cum annotamentis Galeni, A . . H in 4⁰; vorrede datiert: in urbe Schletstatina XXV. Maji 1510. 3 Julius, der spätere papst Clemens VII.

CCXLII.

Stuttgart. **30 Juni 1517.**

Joannes Reuchlin an Joh. Franz. Picus

bedauert, trotz eifrigen forschens, seine anfrage über die hebräi schen verse nicht beantworten zu können. Was er über den gegen stand wisse, habe er in einem werke, an dem er jetzt arbeite, „de accentibus" u. s. w.[1] niedergelegt. Seltene hebräische bücher die er besitze, habe er in seinem werke de arte cabbalistica genannt; doch gäbe es für solche unter den deutschen juden keinen abschreiber, weit eher liesse sich dafür in Rom einer finden. Stutgardiæ prid. cal. Quintiles 1517.

Gedruckt: = J. v. e. t 3.

CCXLIII.

Ottobeuren. **12 Aug. 1517.**

Frater Nicolaus Ellenbog Capnioni suo. S. D.

Colende præceptor, libros tuos Cabalisticos ea perlegi diligentia quam merentur, hoc est maxima[2]. Sed nec calamo exprimere possem, quanta voluptate, quanta animi delectatione mellifluum illud tuum opus legerim. Dii boni, quam elegans, quam pressum, quam copiosum et prægnans. Blandiatur sibi Græcia quantumcunque velit et bonarum scientiarum omnium repertricem et illustratricem se jactet, ego autem Græcos cum Platone vero pueros appellandos crediderim et Hebræos ex quibus mutuati sunt omnia, non parvo intervallo prætulerim. Vere salus ex Hebræis et omnis doctrinæ et philosophiæ fluenta inde scaturiunt et emanant uberrime. Non possum satis mirari linguæ sanctæ dignitatem et succulentiam, cujus mysteria ad plenum expiscari nequeunt. Persuasum plane mihi est literas sanctas primo fuisse confusas et inglomeratas et pro captu cujusvis docti ac studiosi viri posse susque deque locari et combinari ad fabricanda signacula et eruenda mysteria profundissima. In admirationem praeterea immodicam me ducunt Hebræorum

*

1 S. unten nro. CCL. 2 Schon in dem brief an Joh. Marquardi 12 Juli 1517, a. a. o. ep. 26, fol. 32 gibt Ellenbog seiner bewunderung für Reuchlins werk lebhaften ausdruck.

magistrorum divina ingenia, gravissimæ sententiæ, et mysteria ex secretissimis sacrarum literarum abditis eruta [1] et deprompta. Absit, absit ut Cabalistici libri vulcano absumendi tradantur; digni plane sunt, ut inlinguam latinam fideli et luculenta tralatione vertantur. Sed et te interprete nonnullos lecturum me spero, non tantum autem ego, sed nimirum complures alii et docti et boni viri qui te præceptore, te auctore, et duce Cabalistæ evadent. Illud præterea admiror, cur gloriosissimus Hieronymus ille Dalmata in tantum Cabalistarum doctrinam aut neglexerit aut contempserit, ut ne nomen quidem Cabalæ usquam in ejus scriptis inveniatur. Nullum ego hactenus apud eum legi quod ex sacris literis juxta tres Cabalæ species fabricatum sit mysterium et symbolum, et tamen plures Cabalisticos libros editos fuisse tempore illius pro confesso habeo. Ceterum exploratissima nunc mihi sententia קהלת dicentis[2] יוסיף דעת יוסיף מכאוב· Adepta enim nunc notitia quantulacumque Cabalæ, discrutior sane, cupiens alia majora cui scientiæ indagare secreta. Movere haberem dubia plurima quæ me suspensum tenent, sed quod non tam Cabalæos quam pythagoræos tribus his tuis libris instituis, plane agnosco. Quaerere mihi non licere, interrogatum autem id solum respondere אמרו חכמים· Vale fœlicissime. De causa tua Romana certiorem, me reddes, et quid שלי [3] interpretetur canticorum primo: Vineam meam non custodivi. Ex Ottenpurra pridie Idus Augusti. 1517.

Handschr.: = Nic. Ellenbogii, epist. libri IX, msc. vol. I. lib. III, epist. 29, fol. 33^b bis 35^a.

CCXLIV.

Cöln. 8 Sept. (1517.)

Johannes Cæsarius Capnioni suo salutem.

Doctor Martinus Groningus, patria Bremensis, ubi ex urbe Coloniam rediit, ad me divertit, atque per mensem fere in ædibus meis versatus et hospitatus est. Interim ne dies quidem fuit in quo non de te commentati fuerimus. Multi quoque ob eandem causam ad nos venerunt ut quanquam alias certi esse poterant de causæ tuæ in urbe tractatu, ex

*

1 Errata 1. 2 Koheleth 1, 19. 3 Hohel. 1, 6.

illo tamen planius intelligerent inter quos quadam nocte simul eramus præcipue illustris novæ aquilæ comes [1], Johannes Capellarius alias de Regio Pago et Henricus Monoceros alias de Wesalia [2] totam illam noctem tecum transegimus. Crede, mi Capnion, neque fatis, neque humano consilio evenisse, sed divina potius providentia, ut talis tantaque controversia inter te et theosophistas adversarios tuos suboriretur, quando alioqui quisquis alius is fuisset præter te, succubuisset omnino, et si non virtute, multitudine tamen et turba superatus. Ita nec potest falli Deus, *nec fallit unquam. Doctor Sesseler cum hinc alio migraturus esset, id quod dolenti animo fero, quippe qui vir est optimus et integerrimus, priusquam proficisceretur me commonuit, ut sibi vel epistolium aliquod ad te darem. Quod equidem feci quam libentissime, non tam ejus quam et mea ipsius causa. Sic enim tibi semper commendari cupio. Reliquit et nos paulo ante Phugius noster [3], homo non tui modo studiosissimus, ut certe est, sed et omnium doctissimorum hominum, ut et ipse est. Ei ad Pyrkheimerum nostrum, rarum inter Germanos miraculum, literas dedi, quibus et illi indicavi apud nos libellum Nazareni [4] theologi Cæsareæ Majestati destinatum excudi, quem et adhortatus una sum, uti dialogum illum Luciani, de quo alias mihi scripsit, titulo piscator seu resuscitati [5] in lucem tandem det, quando scilicet et ipse mores fere exprimit quibus nostri Theosophistæ in doctissimum quemque utuntur. Accepi ab Erasmo nostro [6] literas

*

1 Hermann von Nuenaar, vgl. Böcking suppl., vol. II, s. 428 fg. 2 Über Heinrich Einhorn, vgl. Krafft und Crecelius beiträge z. gesch. des humanismus am Niederrhein, Elberfeld 1870, s. 47. 3 Phugius] Fugius der oben 30 Sept. 1514 erwähnte. Nro. CXCII. 4 Libellum Nazareni] über diese vertheidigungsschrift des Georgius Benignus für Reuchlin, vgl. Reuchlin s. 401 ff. Die vorrede Martin Gronings zu der schrift ist vom 1 Aug. 1517. 5 Seu reviviscentes lautet der wirkliche titel der von Pirckheimer 2 Oct. 1517 wirklich veröffentlichten schrift, der ein sehr ausführliches, für die reuchlinische angelegenheit ungemein wichtiges schreiben Pirkheimers an Lorenz Behaim (30 Aug. 1517) vorangeschickt ist, vgl. Reuchlin s. 395 ff. 6 Ab Erasmo] der brief des Erasmus an Cäsarius 16 Aug. 1517, (Böcking, Hutteni opera I, s. 149, 150), enthält nur eine erklärung gegen die epp. obsc. vir.; über Reuchlin nur die worte: de composita lite Reuchliniaca utinam vere nunties. Die briefe des Erasmus über Reuchlin, die dunkelmän-

his diebus in quibus tui quoque mentionem facit, et de duobus opusculis a se confectis in tuam credo laudem. Itaque ubique a probis amaris et coleris unice, unicum et singulare literarum decus. Vale. Coloniæ 6. Id. Septembris.

Gedruckt: = J. v. e. x. 4.

CCXLV.

Rom. 5 Dec. 1517.

Philippus Beroaldus junior an Reuchlin

hätte schon lange Reuchlins brief beantwortet, aber cardinal Ankonitans krankheit und papst Leos abwesenheit hätten ihn bisher daran gehindert. Der von Reuchlin empfohlene philosoph wolle nach Venedig gehn. Empfiehlt den päpstlichen gesandten Johannes Heitmers, der nach Deutschland komme, um alte bücher zu suchen: R. könne ihm darin bei dem bischof von Worms und sonst die vortrefflichsten dienste leisten. Romæ, 5 Dec. a. 1517.

Gedruckt: = J. v. e. Cb.

CCXLVI.

(Nürnberg.) (1517.)

Bilibaldus Pirckheimer an Reuchlin

ermahnt ihn, sich durch die anstrengungen der gegner nicht irre machen zu lassen, die, wie sich erst neuerdings durch ihr vergebliches schreien gegen seine veröffentlichung des Lucianipiscator [1] gezeigt habe, sicher zu schanden würden. Vale.

Gedruckt: = Bilib. Pirckheimeri opera ed. Goldast, Francof. 1601, s. 399.

CCXLVII.

Leipzig. 5 Jan. 1518.

Petrus Mosellanus [2] an Reuchlin

drückt seine hohe bewunderung für Reuchlin aus, dankt für die

*

nerbriefe, Pfefferkorn sind in diesem jahre sehr häufig, vgl. die aufzählung bei Böcking, vol. II, s. 143 sq. und die darstellung: Reuchlin s. 334 bis 343.

1 S. o. s. 279, a. 5. 2 Vgl. O. G. Schmidt: Petrus Mosellanus Lpz. 1867. Über diesen brief: Gött. gel. anz. 1868, s. 1536 fg.

grüsse, welche Johannes aus Pforzheim [1] ihm von Reuchlin gebracht, freut sich über die wohlwollende gesinnung Reuchlins gegen ihn, dass er sich entschuldige, einen brief unbeantwortet gelassen zu haben und schickt ihm eine kleine von ihm übersetzte schrift des Basilius [2]. Salutant te hic omnes boni et docti. Lipsiæ, non. Januar. a. 1518.

Gedruckt: = J. v. e. z. 3b fg.

CCXLVIII.

Speier. 21 Jan. 1518.

Thomas Truchseß, decanus Spirensis an Reuchlin

dankt für seinen glückwunsch zur fortunarum accessio [3], versichert den Reuchlin seiner freundschaft: insuper ubi Spiram veneris, decanatus non ignotas tibi aedes [4] tuum putato diversorium. Hat Pirkheimers vorrede zu Luciani piscator mit grossem vergnügen gelesen. Spiræ, 21 Januarii 1518.

Gedruckt: = J. v. e. Ba.

CCXLIX.

Tübingen. (Jan. 1518.)

Philippus Melanchthon Brettanus Suevus [5] an Reuchlin.

Neue schriften Hochstratens sind nicht gekommen; Pirkheimers Luciani Piscator wird neu mit der vertheidigungsschrift des G. Benignus gedruckt, auch eine neue schrift des Erasmus. Bittet um schriften des Albertus, will seine übersetzung einer plutarchischen schrift dem widmen, den Reuchlin bestimme und schickt grüsse des Franciscus Stadianus. Tubingæ.

*

1 Joh. Schwebel aus Pforzheim, später als eifriger anhänger der reformation bekannt. Vgl. z. b. Herzogs realencyklopädie XIV, s. 57 bis 65. Die veranlassung der reise Schwebels von Pforzheim über Stuttgart nach Leipzig ist nicht bekannt. 2 Divi Basilii cognomento magni Cæsariensis episcopi ed. Gregor. Naz. epistola. Ejusd. de ratione vitæ solitariæ libellus ad eundem. Duæ precationes P. Mosellano interprete. Lips. ap. Melch. Lotther. 1516. 4°. 3 Ernennung zum dompropst: Juli 1517, s. oben nro. LXVII, s. 61, a. 1. 4 Jedenfalls vom Speierer process her. 5 Literatur über Mel. anzuführen, hieße wohl eulen nach Athen tragen; seine werke corpus reformatorum, vol. I bis XXIV; beziehungen zu R.: Reuchlin s. 463 bis 466; über seine biographie Reuchlins mein: über Melanchthons oratio. Fft. 1868.

Gedruckt: 1 = J. v. e. C 3b; 2 = Corpus reformatorum ed. Bretschneider, vol. I, col. 21 fg.

CCL.

Stuttgart. 1518. Febr.

Adriano S. Chrysogoni reverendissimo cardinali Joannes Reuchlin Phorcensis LL. doctor salutem dat.

Hebraicæ veritatis amatoribus, Adriane, optimarum literarum patrone, nuper in tui nominis gloriam nullo unquam tempore interiturum et ecclesiæ universalis perpetuam utilitatem ego primus omnium, quos terra sustinet, libros de accentibus et orthographia Judæorum sermone latino edidi, tuoque fœlici præsidio dicavi, ut certum haberet ducem externarum linguarum studiosa juventus, sub cujus signo levato militaret, cum opus foret contra furiosos et rabidos canes omnis bonæ artis osores, contra luem et pestem vetustatis, contra librorum incendiarios, monumentorum antiquissimorum cladem et orbitatem sitientes. Non satis esse duxi, tot exantlatos labores, tantum operæ, tantum olei superioribus annis in noviciorum studia impendisse, ut eos et graeca primum, deinde et rudimenta Hebraica cum nullo meo lucro ne sperato quidem docerem, nisi etiam et consummatissimam grammatices hebraicæ hanc partem tuo nutu atque numine discendi cupidis gratuito monstrarem, id quod potissimum fuit scribentibus nobis reliquum, qui desyderamus pleno pectore ac totis viribus omnium studiosorum salutem, dignitatem, atque profectum cura cogitatione vigiliis et lucubrationibus nostris comparare. Nam semper hæc mihi fuit in partem beatitudinis optata sors, ut omnibus prodesse possem, nocere memini, nisi forte lacessitus injuria. Nimirum ad hoc me natura inflexit, educatio aptavit, et vivendi consuetudo jugiter commovit, ut nihil esse in hoc seculo beatius arbitrarer, quam in omnium bonorum hominum commoda, sudores et labores nostros convertere.

Utque nihil eorum ignores: jam sane ab ipsis vitæ meæ incunabulis orsus ὥσπερ ἀπὸ γραμμῆς rationes omnes meas tibi exigua scheda colligam. Nihil omnium tanta animi vel contentione vel cupidine sum sectatus quanta multiplex illud externarum linguarum studium, ut non dubitem signa genii me

flagrantis insecutum. Itaque nulla ætas, nulla vitæ pars mihi agitur, qua non aliquid moliar animo, quod ad externæ sapientiæ cognitionem atque adeo ad prodendas nostris hominibus gentium linguas attineat, non nimis alta sapiendo, sed humilibus consentiendo. Quondam nempe adulescens ego, dum asperam et rudem seculi superioris philosophiam apud Rauracos [1] meditor, statim ad cultum et æquabile genus orationis latinæ, sive solutam velles, sive nodis vinctam, adjeci animum. Interque primos professores ut esset aliquis etiam usus mei in restituendis literis, extra ordinem utriusque generis authores publice docui. Atque id primum studio, magis ut grammatici quam elegantes haberemur, quid enim requireres amplius ab hominibus qui annos jam supra tercentos aliud nihil moliebantur, quam ut barbari essent, unde cum loquendi vitio, amor etiam et voluptas balbutiendi insederat. Sed prospere cessit. Magnæ rei non frustra manum admoliti sumus tametsi strenue refragarentur initio istius generis magistri quos hodie scilicet hostes patimur, quibus corruptissimo judicio et admirabili φιλαυτία tumentibus nihil præter feces sua recte probatur. Iam usu res explendescebat fiebatque, ut purius et scriberet et diceret juventus germanica, idque me auspice.

Deinde accessit græcarum literarum studium, sine quibus nemo sat politus censeri potest. Hisce ad philosophiam revocabamur aristotelicam, quæ non nisi a græcis hominibus proprie ac rite tradi solet. Huc aspirabant, si qui bonis ingeniis non corrupta ista et perturbata disciplina infecti erant. Sensim pueriles scholarum nugæ deserebantur. Ibi vero supercilia tollentes veternosi sophistæ, mirum ut ridiculi, ajebant, literarum genus a nobis tractari alienum a romana pietate, Græcos schismaticos esse, interdictas eorum disciplinas contra ecclesiæ decreta nobis magistris prodi. Viden quanti ratio mihi primorum studiorum constiterit, per quæ rerum discrimina, quid passus a sophistis effecerim ut resipisceret Germania vel tandem: Sero enim Phryges sapiunt [2].

Hæc sunt primæ juventæ merita, quam intelligis omnem

*

1 In Basel 1477 ff. 2 Sero enim] proverbium est natum a Trojanis, qui decimo denique anno velle cœperant Helenam quæque cum ea erant rapta reddere Achivis. Festus.

in discendis juvandisque literis actam, bene habet. Nil potuit tunc livor inertium et ego testes habeo recte imbutæ ejus ætatis passim apud Germanos ac Gallos non paucos autoritate summa viros, qui tum iisdem una mecum stipendiis meruere. Iàm civiles caussæ obruebant, in foro versabar, potentissimorum Germaniæ principum consiliis intereram. Post deinde ad summam triumvivatus Sueviæ dignitatem electus quem undecim annos[1] continuos gessi, sæpe imminentia patriæ bella justo tribunali demoveram, ne tum quidem peregrinis studiis neglectis.

Hac veluti occasione usus interdum ad hebræa animum contuli, deerant enim adhuc. Tum gravi meo impendio doctissimum quenque hebraicorum auctorare præceptorem solitus cum ipsis quoque Apellis congressus, quatenus homini Christiano phas esset, ita nihil a me non datum est pietati. Adrisit hercle animo hebraica peritia, primo quia suopte ingenio jucunda, deinde quia magno videbatur usui futura, sacras olim versaturo literas. Eo jam tum et omnis anteactæ vitæ studia et omnis animi conatus, si qui non infœlices forent, referebam. Christo addictus omnia devolvebam christianæ ecclesiæ vel augendis vel honestandis rebus. Nulla me fames auri (id ipsum enim liberaliter prodigebam in horum studiorum sumptus) adegit ad hebraica mysteria discenda. Nulla inanis gloriæ sitis, ea enim studia tum celanda vulgo erant, ut quæ in tanta dignitate constituto viderentur indecentia.

Non me tenet, Adriane, non tenet in his excolendis auri scelerata cupido. Ingenio trahor et amore pietatis. Sanguinem Jesu Christi, qui medullatam sese pro nobis hostiam patri obtulit, testor me numquam a Judæis ulla vel auri vel argenti dona, præmia, munera recepisse, nullis me opibus unquam ve in hoc etiam tam diuturno bello quod adversum me tot et tam divites mendicantes, tam crudeles hostes gerunt adjutum. Nec, ut opinor, dubitant si qui non improbo judicio vitæ meæ rationes cognorunt. Et sunt tamen, ut ille graecus ait δόλιά τινα βουλευτήρια, ψευδῶν ἄνακτερ μηχανόρραφοι κακῶν ἕλικτα καὶ οὐδὲν ὑγιὲς [2] qui contra phas hominum deumque nequissime

*

1 Undecim annos] über den werth dieser stelle vgl. meine abhandlung über Melanchthons oratio s. 29 ff. 2 Eurip. Andr. v. 447 ff.

audent ementiri nescio quo me pasci a Judaeis auro, quod tantum abest a veritate quantum mendaces ipsi a probitate.

Sed expecto dominum et viriliter ago, hic disperdet universa labia dolosa. Hoc aspirante, hoc docente, linguas disco etiam senex idque cupidius eo quod nulla prorsus ingenii sunt humani munia interpretandæ sacros anctæ legi tam necessaria quam est linguarum peritia. Quodsi libet, periculum facito scriptorum, ecclesiæ, visurus quid inter peritos linguarum ac expertes interpretes intersit. Et quidem δις διὰ πασῶν. Mihi autem in animo non est in præsentia cum quoquam digladiari, alioqui et reclamantibus quantum oratione pottem, ora retunderem. Nec enim levia sunt quæ grammatica cognitio pasturit. Is est plane verus et germanus scripturæ sensus, quem nativa verbi cujusque proprietas expedita solet aperire, ut prætercam interim quantum possis venari mysteriorum non e verbis modo sed apicibus pene singulis, si spiritu magistro adoriare. Id vel maxime verum est de scripturis hebraicis quibus prope nihil est traditum quod non umbraculi vice spiritali commendetur intelligentiæ. Diviniora enim non e rubo per angelum, sed ex homine per deum accepimus et parvuli clarius quam patres nostri mysteria regni deï cognoscimus. Tamen ita sese habet conditio nostrorum, ut non modo plurimum adjumenti, veteris figuræ testamenti ad explicanda ea conferant, sed etiam neglectis hisce σκιογραφίαις adire nostra prorsum nequeant. Hæc cordi sedent, hæc admonent, hæc agitant, ut Hebræa et amem et excolam nihilominus his interim agitatus malis. Manca mihi nostra videntur nisi hoc studium meum bonis omnibus adprobem id quod arbitror esse liberalis animi argumentum, atque adeo vobis primum eccelesiæ principibus.

Id in caussa est, cur ferme omnia mea quanquam hominis prophani solum addixerim iis qui sacris initiati sunt: Cabalam Judaicæ gentis remotissima secreta, summo ecclesiæ principi dicavi [1],

1 Cabalam] die widmung an Leo X vom März 1517, s. o. nro. CCXXXVIII die des buches vom wunderthätigen wort an Joh. von Dalburg i. j. 1494, oben nro. XLVI. Athanasius erklärung der psalmen an Questenberg, 12 Aug. 1515 oben nro. CCXV, die der rudimenta hebraica an seinen bruder Dionysius vom 7 März 1506, oben nro. LXLIV und die der übersetzung der sieben bußpsalmen an Jakob Lempus vom 1 Aug. 1512, oben nro. CLI.

de verbo mirifico Vangiorum antistiti psalmos S. Athanàsii Iacobo Aurelio Questembergo, rudimenta hebraica Dionysio fratri meo germano sacerdoti, commentarios in pœnitentiæ psalmos hebraicos Jacobo Lempo theologiæ jurisque doctori. Nunc περιοδικῶς ad summa revertenti proximus es tu mihi, Adriane, senatus apostolici decus, quem tot orbi literæ, tam frequentes musæ universo commendant, libet enim reliqua decora nominis tui iis celebranda relinquere quibus est immortalibus digna operibus eloquentia. Cæterum sunt in oculis omnium quæ fidem doctrinæ tua faciunt et ego magnis accipio testibus, impendio te non communibus modo studiis, sed hebraicis quoque raris illis oblectari.

Quo, excellentissime presbyterorum Archegeta, librum quem de accentibus et orthographia linguæ hebraicæ inscriptum vides tibi nuncupo [1].

Liber secundus.

Satisne jam, an minus grammatici officio in hebraica lingua functi simus, tuum esto judicium, Adriane cardinalis reverendissime, qui ante annos 12 de judaicis literis et earum vi ac potestate, tum de primitivis dictionibus, unde solent cetera vocabula proficisci ad extremum de arte literatoria per quam derivandi ac inflectendi partes orationis est data facultas in tribus rudimentorum nostrorum libris conscripsimus. Deinde aliquanto post tempore canonum experimenta et operationes in psalmorum septem commentariis absolvimus. Nunc vero quod arti adhuc deerat de accentibus et recte scribendi modis tractavimus. [2] Et quidem ferendum erat in hoc cessasse atque

*

1 Die folgende stelle, die nur ein inhaltsverzeichnis des werkes gibt, ist ausgelassen. An die einleitung zum ersten schließt sich die an Adrian gerichtete einleitung zum zweiten buche. 2 Ähnlich, wie in dem vorstehenden zählt Joh. Secerius in einem gutgemeinten, aber schlecht gelungenen epigramme, das sich am schlusse des buches de accentibus et orthographia findet, Reuchlins werke über das hebräische auf:

Jo. Secerius Lauchensis literarum sacrarum studiosis.

Qui cupit hebræam sese duce noscere linguam
In capita primum, biblia hebræa secet.
Deinde rudimenta judaica Capnionis,
Tum septem psalmos expositos relegat.

puerilibus studiis finem posuisse præsertim senem me ac prope terminum vitæ, qui optimo jure altiora contemplarer, vergens in vesperam, ni meus erga te amor ingens et observatio tui mea quanti potest ab infimo in summum haberi, demum id ageret, ut his carceribus et hac meta consistere nequiverim, dum cogitarem, adhuc in sacra hebræorum scriptura videri quiddam reliqui cognitu dignum quo per tuum numen fruantur erudiendi.

Nam præter vocum et distinctionum notas signa quædam cernimus in judaicis bibliis varie inter scripturarum lineas collocata quæ studiosæ juventutis candidus affectus æque admiratur, tamen non tam ad grammaticum, quam et ad rhetorem et ad musicum spectantia. De quibus sub tuo nomine per libellos sequentes non amplius binos quoad ejus fieri poterit lectores discendi cupidos brevi faciam certiores, quantumlibet multorum judicio ætati meæ non conveniat encycliis disciplinis insudare, tamen est etiam curarumm aximarum aliquod levamen honeste cum pueris ludere.

Post enim quam in aulis principum senatorii ordinis consulatum annos undeviginti, tum deinde triumviratum Sueviæ annos undecim continuos sedulo gessi, tandem sedit animo, ut nuper abdicato triumviratu et secularibus negociis subito exactis in ocio literario quiescerem ac sacrosancta divinitati consortia legerem, mihi et Deo, per quæ salutem perpetuam et cordis tranquillitatem verumque gaudium ac non fucatum adipisci liceret. Quibus legendis multa inciderunt minutulis elementis et apicibus exiguis cohærentia, nomine parva, re maxima, trivialibus artibus comprehensa, quæ necessario ad tam arduas res intelligendas concurrunt et sine quibus frustra in tam sanctis literis sudamus. Eorum cum viderem quoque habendam esse rationem non neglectam, etiam ad ipsa studium meum contuli. Et ita, ut universi cernitis, in ætate provecta grammaticus hebraicus evasi, quando non est nobis in hoc Sueviæ territorio Judæorum copia, quibus præceptoribus et quorum quotidiano colloquio uteremur. Jamque gaudeo plurimum eo ventum esse, ut mihi liceat gravia cum levibus et seria cum ludis

*

Extremum liber hic consummat rite laborem
Sermo voluminibus quattuor iste patet.

mutare quod ad Philoctetis Sophoclei sententiam proxime accedit

ἤ τοι καίριος σπουδὴ πόνου
λήξαντος ὕπνον κἀνάπαυλαν ἤγαγεν.[1]

Ac simul id id quicquid est quod in Hebraicis sum consecutus certe quod comparatione doctissimorum Judæorum exile nimium judico amicos celare non possum. Sed per libellorum editionem inter avidos sciendi spargo discipulos, quibus aliquando vera erga me gratitudo inde accrescet quantum cum deo fieri poterit vindicandi mei. Vel etiamsi, ut per epistolam comminati sunt hostes mei, post excessum e vita leoni mortuo[2] barbam vellant. Sed in aquam hæc scripta sint[3].

Nusquam viri boni honorem minuo, procul esto a me. Sed malignos et putres philosophastros optimo jure noto, qui in suum ipsorum exitium temere captantes capiuntur, et ut alter Perillus[4] ipsi quem fecere taurum cum magno suo malo experiuntur. Gaudeamus igitur hilariter, beate, jucunde, ob virtute partam nobis gloriam, ac illis quoque posteris gratulemur propter tam opportuna sacratissimarum literarum seminaria quæ Adriani nostri jacimus autoritate. Non dubium quin hæ radices non modo in surculos pullulent, verum etiam in proceras excrescant alnos, sylvas et lucos, in quibus ut Orpheus ad Ismarum et Rhodopen in Thracia, sic nos ad jugum Hercynium atque Bacenas in Suevia, Pythagoreo more citharam nostram docemus divina Hebræorum carmina resonare, quorum symphoniam[5] hic subjungimus. Diatonicum autem modulamen nobis attulit Bossosthemius sacerdos[6]. Harmoniam fécit

*

1 Ed. Schneidewin und Nauck v. 637. 688. ἤτοι 1. κ' ἀνάπαυλαν 1. 2 Leoni mortuo] s. o. den brief Reuchlins an die Cölner facultät 29 Febr. 1512, s. 165. 3 Das dritte buch hat keine vorrede; aus dem schluss des ganzen seien folgende worte mitgetheilt. 4 Perillus = Perilaos, der erzgießer, der für den tyrannen Phalaris den ehernen stier verfertigte. 5 Symphoniam] die hebräischen melodieen folgen auf den 9 folgenden seiten für Discantus, Altus, Tenor, Bassus. 6 Bossosthenius] ohne zweifel Johann Böschenstein, der in der oben nro. CLXXXVI beschriebenen schrift B 3b gesagt hatte: sed dicta ultima punctorum vel temporum genera musicalia scilicet et accentualia non ad ignaros sed ad peritos hujus artis pertinent. De quibus observandissimi præceptores mei Joannes Reuchlin et Caspar Amman propediem plura et egregia traditurí sunt, quibus quoque libenter hac in re

Christophorus Sillingus Lucernensis, reliquam artem et quicquid ceterorum est unus ego Reuchlin et condidi ed edidi. Anno Christi 1518 Mense Februario. Pro quibus laboribus, candidi lectores, quotquot futuri estis grati, mercedis loco viventem me atque mortuum contra non olim Actæonios sed nunc Capnionios canes illos Calumnienses viriliter defendite fœliciterque valete.

Gedruckt: = de accentibus et orthographia (vgl. Reuchlin s. 141 ff.), 1518, fol. LIX fg. und fol. LXXXIIb LXXXIIIa.

CCLI.

Stuttgart. 21 März 1518.

Joannes Reuchlin an Hermann Graf von Nuenaar

wendet sich mit großer heftigkeit gegen die eben erschienene apologie Hochstratens [1]. Diesen habe der umstand so gereizt, dass ihm das jüdische gold entgangen sei, darum wage er zu behaupten, dass die römische vertheidigungsschrift gar nicht von G. Benignus geschrieben sei. R. spottet über Hochstratens barbarische ausdrucksweise und führt stellen von juristen zum beweise an, dass er kein ketzer genannt werden könne. Tu vero fortis athleta pugnabis contra Lernæam bestiam pro veritate contra mendacium. Ego veteranus triumphantes vos juvenes aspicere debeo et laudare, non triumphare. Quare et te tibi et me tibi et Nazaræuum illum Benignum tibi tuisque lacertis librandum committo. Vale. Stutgardiæ 12 Kal. Apriles, a. 1518.

Gedruckt: 1 = epistolæ trium illustrium virorum (vgl. Böcking, opp. Hutt. I, s. 20 f.), ab bis a 2b; 2 = Böcking, suppl. I, s. 427 bis 429.

CCLII.

Wittemberg. 30 März 1518.

D. Joanni Reuchlin legum doctori singulariter dilecto Fridericus dux Saxoniæ s. p.

Acadæmia hæc nostra Wittenbergensis, eximie doctor et

*

palmam tradens vinci me ingenio fateor. Über Christoph Schilling vgl. stud. der hebr. sprache, s. 31.

1 Vgl. über dieselbe: Reuchlin s. 404 bis 413.

singulariter nobis dilecte, divino munere ita crevit, ut nihil pene magis, vel inpræsentiarum, vel in posterum quam professorem unum atque alterum græcæ et hebraicæ linguæ desideret. Statuimus igitur, Deo adjutore, ne in hac quidem parte studiosis et præsentibus et futuris deesse, sed judicio tuo, ut viri eruditissimi et ejusmodi rerum peritissimi, instituere lectionem utriusque linguæ et græcæ et hebraicæ in gymnasio nostro literario. Persuasum enim habemus, te pro tua singulari erga nos tuaque constanti benevolentia istud daturum libenter ut nobis, ita communi reipublicæ literariæ.

Quapropter abs te vehementer petimus, ut des operam ut duos eruditos viros consequamur quorum alter linguam græcam, alter hebraicam singuli singulas horas cottidie in hac nostra academia fideliter atque diligenter legant et profiteantur, vel si duos adipisci non possimus, unum saltem habeamus qui utranque græcam et hebraicam linguam ita calleat, ut profiteri possit nosque certiores facias primo quoque tempore per literas tuas Antonio Tucher seniori Nurembergam transmittendas qua mercede quove salario conduci velint annuo. Hoc enim erit non solum nobis gratissimum, sed studiosis omnibus longe omnium et optatissimum et utilissimum.

Gratum etiam nobis fuerit, aliquando ex literis tuis statum causæ tuæ intelligere: sumus enim tibi non mimus quam hactenus fuimus multis nominibus gratiosissime adfecti. Vale feliciter. Datum in arce nostra Wittenberg die 30 mensis Martii 1518.

Fridericus.

Autogr. = im. k. württ. geh. haus- und staatsarchiv in Stuttgart, rubrik Sachsen.

CCLIII.

Stuttgart. 5 April 1518.

Bilibaldo Pirckheimero, patricio Nurembergensi, amico suo integerrimo et colendissimo.

Salutem D. P. Deus ecce deus. Ut mihi videre videor, hoc certe Dei prædestinatione factum est, ut intercedentibus quibusdam mediis hoc genus dæmoniorum ejiciatur. Multo jam tempore multa passi sunt mala episcopi, sacerdotes, plebani, seculares, clerici et omnes aliorum ordinum fra-

tres atque monachi ab istis hominum monstris qui omnem conditionem priscorum pharisæorum in se habent quos Christus semper maximo odio habuit. Quare, ut arbitror, jam denuo fit, ut contemnentes Cæsaream Majestatem ejus qui primo pacem nobis per publicas et publicatas literas mandaverat dixerunt se propter religionem non oportere Imperatori obedire, id quod contra S. Paulum, „subditi[1] estote omni creaturæ et regi tanquam præcellenti." Contempserunt et sedem apostolicam pontificem et cardinales qui autoritate apostolica inhibitionem eis miserunt et omnibus adhærentibus publicatam sub pena excommunicationis latæ sententiæ. Cui non obedierunt et sic excommunicati celebrant divina contemnentes irregularitatem et volunt per hoc ostendere, quam non teneantur in hoc papæ obedire. Adhoc Astarota[2] qui se appellat: nos frater, in libro invectivarum adversus archiepiscopum Nazarenum allegat. Isajam et sacram scripturam: „propter Sion[3] non tacebo et propter Jerusalem non quiescam." Et est omnino similis hæresis fratris Hieronymi Savanarolæ[4] qui Florentiæ combustus est, ut vidisse potes in confessatis et actis suis, cui fuit etiam sub pena excommunicationis inhibitum, ne ultra prædicaret, ille autem similiter dicebat, papæ in eo non esse obediendum, et allegabat sacram scripturam: prædicate[5] evangelium omni creaturæ, quæ tunc fuit hæresis declarata.

Ut igitur id quod superiores negligunt corrigere, corrigant inferiores, jam, inquam, denuo fit, ut non me tantum satis sit contra phas et jura per omne genus versutiarum vexasse, quin etiam incipiant viros maximos lacerare et lacessere injuriis, Archiepiscopum Nazarenum, Comitem de Nuenar, Huttenum, Cuspinianum, Peutingerum et te ipsum cum aliis præclarissimis viris. Tu igitur pro integra inter nos amicitia nostra teque meque liberes aut implices, utcunque bonum est. Habemus fere totam Romam, præter pecunia illorum corruptos, habemus doctissimos quosque assistentes, et commune odium dimicat contra eos. De re mea quo in statu sit cernes in actis ju-

*

1 Subditi] 1 Petr. 2, 13. 2 Hochstraten s. o. Reuchlins brief an Nuenaar, nro. CCLI. 3 Propter Sion] Jesaias 62, 1. 4 vgl. Reuchlin s. 151. 5 Prædicate] Marc. 16, 15.

diciorum [1], quæ ad te mitto, et item mitto quod hoc anno pro scholasticis elaboraverim de accentibus hebraicis [2]. Vale, Non. April. a. 1518.

Ioannes Reuchlin Phorcens. LL. Doctor

Hermannus novæ aquilæ comes Canonicus Coloniensis nuper ad me capellanum suum misit oratorem. Is certe tui est amantissimus et nunc ad hoc novum bellum se instruit cum multis commilitonibus. Discent aliquando isti pediculosi homines se ipsos cognoscere aut in prœlio cadent. Vale frater.

Gedruckt: = VIRORVM DOCTORVM | EPISTOLÆ SELECTÆ | AD | BILIB. PIRCKHEYMERVM ..... | DATÆ ||| EX | AUTOGRAPHIS NUNC PRIMUM EDIDIT | ET ILLUSTRAVIT | THEOD. FRID. FREYTAGIUS, ||| LIPSIÆ. | MDCCCXXXI. S. 14 bis 16. (Ein theil davon bei Böcking, Hutteni opera I, s. 169.)

CCLIV.

Cöln. (Apr. 1518?)

Hermannus, comes de Nuenaar an Reuchlin.

En tibi amicum utrumque gravem qui tuas parteis tenet apud Leodios et Aquas [3]. Er habe gegen Hochstraten eine kleinigkeit geschrieben [4] und werde, durch Busch und Hutten [5] gemahnt, grösseres veröffentlichen [6]. Die beiden genannten verehrten ihn sehr, dasselbe melde Glarean aus Frankreich und ähnliche nachrichten kommen von allen seiten.

Quiesce tu, interea dum luctamur, videbis ut te ex insidiis eripuero. Deinde si tibi ocium suppetet ad nos quandoque accedas velim. Ludemus bellam concœdiam, conficiemus Sy-

*

1 Acta judiciorum erschienen Febr. 1518, s. über dieselben Reuchlin s. 290 ff. 2 De accentibus s. die widmung an den cardinal Adrian, oben nro. CCL. 3 Wer dieser amicus gewesen, lässt sich nicht mehr sagen, schwerlich der von Reuchlin an Pirckheimer 5 April 1518 genannte capellanus Hermanni novæ aquilæ comitis, den hätte Nuenaar schwerlich so bezeichnet. 4 Gemeint sind wol die verse Nuenaars in doctissimi viri Jo. Reuchlin ejusque defensorium laudem (gedruckt: Ge. Benigni defensio F 3b). 5 Huttens brief an N. 3 Apr. 1518, bei Böcking, Hutteni opera I, 164 bis 168, in welchem sich übrigens die mahnung nicht findet. Buschs brief an N. 12 Apr. 1518: epistolæ trium illustrium virorum B 4b bis C 4b. 6 Vgl. die folgende nro.

cophantas, usque ad medullas Leodiensis episcopus Gallicum explicavit nodum, adjunctus Burgundionibus, quæ res facile efficiet ut nobis quoque accedat, possim aliquid apud illum. Cum veneris[1] ad nos, curabo ut omnia pro votis nostris, nil tibi æque conducere posset quam es principis favor. Bene vale. Coloniæ.

Gedruckt: = J. v. e. t. 3b bis t. 4a; (daraus nur theilweise in Hutt. opp. ed. Böcking I, s. 148 f.)

CCLV.

Cöln. 1 Mai (1518).

Hermannus comes Nuenarius an Reuchlin.

Heftigste widerlegung der Hochstratenschen apologia, aus der viele einzelne stellen angeführt, verspottet und bekämpft werden. Ausser Reuchlin werden besonders Pirkheimer, Georgius Benignus, Martin Groning vertheidigt und gelobt[2]. Am schluss heisst es: si enim (näml. Hochstraten) sacræ poeseos merita ignorat si veros theologos ipsius præconia scriptis extollentes, non legit, aut didicit, quod valde equidem crediderim, perlustret vallum Buschii[3] viri undequaque ornatissimi, ut tandem senex factus discat, quæ puer scire debuerat, tum fatebitur injuriam sibi factam quod hucusque theologus sit habitus, qui ea ignoret qnæ de hac re certatim a sanctissimis viris memoriæ commendata sunt. Et de nugis hæc quidem paucula. Nos vero interim studiis nostris operam demus, et quam ludere aliquando libebit, habes jam argumentum, quo te exercere possis, etiam usque ad risum. Vale, communis patriæ ornamentum. Et me quem amas fac impensius ut ames Coloniæ. Calendas Majas.

*

1 Cum veneris ad nos] nach dieser und einer im briefe des Thomas Truchseß vom 21 Jan. 1518 sich findenden stelle, in der dieser ihm freundliche aufnahme zusichert, wenn er zu ihm käme, scheint Reuchlin die absicht gehabt zu haben, die Rheingegenden zu besuchen; doch ist von einer ausführung des planes nichts bekannt. 2 Über den brief vgl. Reuchlin s. 414 fg. 3 Hermanns Busch: vallum humanitatis 1518, die berühmte vertheidigungsschrift der humanistischen studien gegen die angriffe der theologen.

Gedruckt: epistolæ trium illustr. vir. Böcking, suppl. II, s. 102. a 3a bis b 4b.

CCLVI.

Stuttgart 7 Mai 1518.

[Johannes Reuchlin an den herzog Friedrich von Sachsen.] [1]

Durchlauchtigster, hochgeborner fürst, gnädigster herr! E. chf. g. sey meine gehorsame dienstbarkeit schuldiges willens allzeit von mir demüthiglich bereit. Gnädigster herr und churfürst. An mich hat gelangt durch schrift, am sanct marxtage [2] mir nächst überantwortet, euer fürstlich gemüth und löblicher wille, die universität Wittenberg zu erhöhen mit gemeinem nutz, ehre und lob des ganzen deutschen landes in lateinischer, griechischer und hebräischer zunge. Das wird stehen gegenwärtigen und künftigen in allem guten zu ewigen zeiten nimmer zu vergessen und übertrifft meines bedünkens unter allen tugendreichen übungen alle adeliche thaten eines solchen grossmächtigen churfürsten, wie gar ritterlich die geachtet möchten werden.

Hercules der alten welt, wie viel standhaftiger, mannlicher siege er ist obgelegen, noch käme es ihm zu keinem ruhme, hätt er nicht in allen sprachen gelehrte leute gemacht, die ihm seine gut .... werk könnten zu feld bringen und ausbreiten, wie das noch Luciani sage, die steine Sul, Herkules bildung, genannt Ogmion, in deutschen landen erfunden anzeigt. Was hat den langwierigen in ewig gedächtniss gebracht anders, denn dass er durch die hohe schul, von ihm in Parnasso gestiftet, aus groben steinen und ruhen felsen hat menschen erschaffen? Der grossfürst in Assyria, Prometheus, hat aus allen fürstlichen werken nichts davon erlangt, denn dass er schriftlicher lehre und redsprecher kunst ein anhänger gewesen ist. Darum wird ihm zugelegt, dass er habe aus erde leute gemacht.

*

1 Von dem folgenden brief nimmt Förstemann an, er sei ursprünglich lateinisch gewesen, und ins Deutsche übersetzt; eine annahme, die durch die lateinische fassung des briefes oben nro. CCLII, sehr wahrscheinlich gemacht wird. 2 Sanct Marxtage, 25 April.

So nun, durchl. churfürst, lange jahre und viel zeit teutsche land von andern landen für ein barbarisch, viehisch geschätzt worden ist, und nicht unbillig; denn wenig aufsehens ist von unsern vorfahren auf die menschliche, höfliche zierde der rede und adelichen sitten der nothdürftigen sprachen gehalten worden, sondern haben uns die sophisten bisher mit ihrem unnützen geschwätz nicht ohne schaden der kirche am narrenseil geführt, durch das wir zu rechter verständniss der alten weisen aus mangel der lateinischen, griechischen und hebräischen zungen nie haben mögen kommen. Und aber jetzt durch sonderliche schickung Gottes ew. fürstl. gn. nach stiftung der hohen schule zu Wittenberg eine sondere betrachtung hätte, wie man gründlicher weise möchte erobern die obgemeldten drei sprachen, so Christo nicht ohne ursache ob dem kreutz geschrieben erfunden sind, durch die dann menschliche vernunft unsrer altvordern erfahrung und weisheit eigentlich verstehen und zierlich reden, auch künstlich schreiben mag: ist ungezweifelt auf die bahn gerichtet, die immerwährend im gedächtniss eurer, als neuen stifters der menschlichkeit in teutscher nation. Was euch und uns allen gutes daraus erwachsen möge, gnädigster herr, könnet ihr bass gedenken, denn ich reden. Darum wenig noth gewesen wäre, an mich so hoch zu begehren, dass ich wollte diesen ew. gn. lobwürdigen vornehmen zween trefflich gelehrte mann, einen der griechischen, den andern der hebräischen sprache erfahren, zuschicken; denn ich dess nicht allein selbst willig, sondern auch zu thun zwiefach schuldig bin, eines, dass es gemeinen nutz betrifft, das andere, so mir täglich einbildung gibt ergangener gnaden bei euch befunden, dass ich e. f. g. von natur und recht zu getreuen wiedergelt verbunden bin.

Darum hab ich nit kleinen fleiss angekehrt, damit ich solche leute bekommen möchte und nach einen gesandt, hebräischer sprache nicht ungeschickt, heisst Icolampadius [1] prädicant zu Weinsberg; aber die von Basel haben mir denselben aus den händen gerissen, dahin er sich hat lassen bestellen, also dass er uns diessmal nicht werden mag. Sonst

*

1 Vgl. Herzog: leben Öcolampads von Herzog, Basel 1843.

weiss ich fürwahr keinen weltlichen mehr in hochdeutschen landen, der da könnt einen doctorstuhl in hebräischer lehre verwesen, es wäre denn d. Paulus Ricius, meines g. h. cardinals von Gurck leibartz [1]. Dem bin aber zu klein, dass er mir zu erwägen sey, denn er stehet fest und wohl. Aber ew. f. g. möchte durch meinen gnädigen herrn von Gurck denselben mann ohne zweifel wohl aufbringen. Jedoch wo das nicht würde seyn, so ist noch ein barfüsser von der observanz vorhanden, Conradus Pelicanus genannt, der hält sich, als ich meine, zu Rufach im Elsass, daher er gebürtig ist, könnte gar wohl zu hoher schule im hebräischen lesen und lehren. Den möcht ew. f. g. anders nicht zu der hand bringen, denn durch der barfüsser obern dieser lande. Ich glaube, sie würden ew. f. g. ihn nicht versagen; was ihr wiederum zu gnaden darum thätet, das hätte seinen bescheid. Man fände vielleicht sonst getaufte Juden, wer dess gute erfahrung hätte; aber, führwahr, wenn sie nicht in lateinischer zunge gelehrt sind, so könnten sie uns künstlicher weise in regeln nicht lehren, denn in teutschen landen empfahen die Juden ihre sprache allein aus gewöhnlichem brauch, wie so unser einer welsch lernt, das aber uns nicht so möglich ist, sondern wir müssen das hebräische erstlich durch regeln, und darnach durch viel lesen der bücher, gleichwie die lateinischen und griechischen zungen überkommen.

Die andern sprach halb, griechisch genannt habe ich mich unterfangen, zu vollbringen euer besonders getrauen, das ihr gnädiglich zu mir habt und bin in willen meinen gesippten freund, den ich von seiner jugend auf solche sprache unterwiesen und gelehrt habe, an das ort zu schicken, wie gern ich ihn noch bei mir behalten wollte. Aber Gott wollte dass ich es in eigener person, leibes und alters halben zuthun vermöchte, so wollte ich ew. f. g. zu ehren und gefallen in beiden sprachen, griechischer und hebräischer, selbst den anfang und den zulauf aus andern ländern machen. So mir aber der weg zu fern und zu schwer ist, will ich ew. f. g. und die löbliche universität nichts desto minder mit

*

1 Cardinalsv. Gurk] Matthäus Lang.

meinem lieben vetter obgedacht, meister Phillips Schwarzerd, sehr wohl versehen, den ich doch der hohen schule Ingolstadt versagt habe, denn er ist zu Tübingen ehrlich und wohl, auch seines solds halber nützlich gehalten und versehen und hat daselbst ein ehrbar auskommen. Aber deß alles unangesehen er mir bewilligt, in dieser sache zu thun was ich ihm heisse. Darum wird er auf e. f. g. gut vertrauen und mein befehl gen Wittenberg kommen, der hoffnung, nutz zu schaffen und ehre einzulegen der stadt und der hohen schule.

Der bestallung halb, in ew. f. g. brief gemeldet, kann ich mit ihn keine abrede thun, denn ich hab deß kein wissen, wie einer mit einem diener zu Wittenberg möge haushalten. Aber das hab ich von e. f. g. wegen mit ihm beschlossen, werde er nicht angenommen, dass er sich dann wieder zu mir füge, so werde doch e. f. g. ihn dieses wegzugs halber hin und her schadlos halten.

Nun, gnädigster fürst und herr, ist wohl noth, dass sich magister Philipps zu dem hinziehen rüste, und alle seine bücher mit ihm bringe, denn ohne viel bücher besonders in der hohen schule, kann niemand recht weder lehren noch lesen. Darum hat er ihm vorgenommen, in nächstkünftiger messe zu Frankfurth mit den kaufleuten eures landes seine bücher hinein gen Wittenberg zu verfertigen, und mit den kaufleuten zu reuten, nachdem er des wegs und der orte unbekannt ist. Von desswegen geht an e. f. g. meine bitte, sie wollen einen kaufmann, euch verwandt, den befehl geben, sich des mannes in e. f. g. namen zu unterfahen, und in gesellschaft des wegs anzunehmen, auch ihn und seine bücher wohl versorgen, dass er mit den seinen möge sicher zu e. f. g. kommen. Man wird ihn die nächstkommende Frankfurter messe daselbst um des heiligen kreuzes erhöhungstag in der büchergasse bei meister Thoman Anshelm, druckherrn und bücherverkäufern von Hagenau, finden. Wessen sich aber derselbe e. f. g. unter der weile würde bedenken und berathen, das wollet mir zeitlich zu wissen thun bei gewisser bothschaft uns beiden darnach wissen zu richten.

Fürder als e. f. g. mich fragen lässt, wie meine sache der predigermönche halber gestellt sey, schick ich hiermit

